2

LIBER S. ATHANASII DE VARIIS QVAESTIONIBVS

NVPER È GRAECO IN LATINVM TRADVCTVS, IOHANNE REVCHLIN INTERPRETE.



ADHVC ITEM

Annotationes Capnioniæ.

Mallarij καὶ τῶν φίλων

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO ALBERTHO. DIVI MAXIMILIANI ad Mariam de Anima Presbytero Cardinali. Moguntinæ Sedis ac Mademburgensis Ecclesiæ Archiepiscopo, Primati, & Ecclesiæ Halberstattensis Episcopo. Sacri Romani IMPERII per Germaniam Archicancellario. Principi electori, Marchioni Brandêburgensi. Stetinensi. Pomeraniæ. Sclauorum ac Cassubiæ Duci. Burggrauio Nornbergensi, & Rugiæ Principi, Domino suo Clementissimo.

IOANNES CAPNION

Teutonica lingua, Reuchlin, Phorcensis Legum Imperialium Doctor. Præsentem librum S. Athanasii

DE VARIIS QVAESTIONIBVS

è græco in latinum nuper à se traductum offert, cum hac quæ sequitur præfatione.



IHIL AMABILIVS fuiſſet, Reuerendiſſime ac Illuſtriſs. Summi Pontificatus & Imperii Romani Elector. Si non me, communi patriæ Ducicꝫ noſtro publice indicta prohibuiſſet hoſtilis rabies, q̄ꝫ coram cernere, hiſcꝫ meis oculis intueri, planè memorabilem illum tam ſolennem ac omnibus nobis fœlicem auſpicatumcꝫ diem, in quo ſacratiſſimus Imperator, ampliſſima dignitate Cardinales, excellentiſſimi duces atcꝫ Principes, Regumcꝫ maximorum Oratores & Nuncii, ac omnis nobilitatis omnium ordinum incredibilis multitudo ſimul hominum ex omni ferè orbis terrarum ſpacio nuper Vindelicorum Auguſtam confluentium, in ipſis totius Imperii Romani comitiis adſpexerunt, & applauſibiliter uiderunt te religionis noſtrę clariſſimum ſydus, ſplendidiſſima purpura, ueſte trabeata, & phœniceo galero tum primum à Leone Decimo Pont. Max. feſtiue donari & inter eccleſiæ uniuerſalis inclytos ſenatores lectum Cardinalem recipi, nunquam ne ambientem antea quidem nec petentem. Mira ſors. Magnificum ſpectaculum. Iucunda gratulatio, repentinum gaudium, q̄d ne animus concipe-

re,nec pectus cogitare,nec lingua ulla satis ex primere queat. Aut si aliquantisper oporteat, profecto non infimi subsellii hominem,sed Ciceronem aliquem aut Hortensium requirat. Fateor hoc de me sponte mea,quod angustia praecordiorum meorum,& frigidus sanguis,& tarditas ingenii,& imperitia dicendi,tantam maiestatem proferre non possint,quoniam ipse sim hactenus semper plus philosophicę simplicitati quam latinæ rhetorum disciplinæ aut eloquentiæ deditus. At exercitatus mihi probabitur,& omni laude cumulatus is orator,qui ut res est & ut decet, copiose magnificéque prudentiam & æquitatem clementissimi Patris nostri Papæ Sanctissimi ad illa uirtutū tuarum merita quæ sunt amplissima recto iudicio referre comparareque sufficiat. Respexit enim æquissimo iure sua Sanctitas,nequaquam ad priscas imagines illas eminentis nobilitatis domestica celebritate cultas antiquissimi generis tui,quo tu ualde multos Germaniæ principes excellis. Ea sanè res,in cæteris quanquam ualet plurimum,tamen in contemplāda diuinitate,atque gubernanda dei ecclesia,sæpe inuenta fuit inutilis. Nec etiam tantam annonam,tot fructus,tot diuitias & tam ingētes thesauros in te ita admiratus est

Pontifex,ut externa bona, illa caduca & nocitura quãdoq; plus q̃ profutura tanto culmine ac honoris fastigio arbitraret̃ fore digna. Sed nec item illud tanti fecit,q̃ & Archepiscopatũ Moguntinum,& Mademburgensem Primatum,& præsulatũ Halberstattensem unà simul tenes,quæ functiões sacrarum dignitatum singulę,plurimorum singulis magno pręconio celebratorum hominum si cõtigissent, omnium se fortunam putarent exuperasse.Quin potius his uniuersis te maiorem existimans pientissimus Pater , apud se maxime omnium æquam tuis superillustribus & heroicis uirtutibus mercedem applicare constituit.Et quæ meretur incredibilis ingenii tui magnitudo, frequentissima optimarum artium exercitatio, doctissima totius sacræ theologiæ iurisq; cognitio, elegãs dicendi consuetudo,præcipua religio,& omnium quę moribus laudatissimis insunt, ꝑfectior moderatio cũ summa humanitate disciplinęq; studio & solida prudentia, tibi inquã tibi, oĩa ea tuęq; egregiæ semper erga Sedem Apostolicam uenerationi iam deferre ac reddere uoluit, & quo uel amplius uel maius habuit prorsus nihil certe amplissimis tuis meritis Cardinalatum ingenue largiri. Hæc sunt tuæ sanctimo

niæ præmia, castissimę uitæ, puritatis, innocentiæ, ad quam ab incunabulis & à teneris unguiculis optima eruditione formatus es, & institutus. Hæc incorrupti animi tui munera, uerecundæ benignitatis, modestiæ singularis, & urbanæ comitatis. Hæc bonitatis tuæ trophæa, qui omnibus prodesse soles, de omnibus bene mereri, alios iuuare humanissima liberalitate, alios fauore tuo subleuare, alios beneuolentia consolari, alios molestia quauis afflictos authoritate liberare, clemētia fouere, tolerare animi tui fortitudine, atque nullis honesti amatoribus ingenio consilióque deesse. Hanc optimo iure nō est passus LEO Sanctiss. diuinam uitæ tuę conditionem indonatam relinqui, nimirum cū non dubitaret haud modo in rem ecclesiæ catholicæ & christianæ fidei commoditatem laudes tuas & istos honores uergere. Verum etiam propriæ suæ laudi quæ per se celebratissima est, & quàmplurimum abundat, etiam accessionem tamen quandam fieri, si cognoscerent oēs publico aspectu in uirum benemeritum collatam esse summam dignitatem. Sed quoniā tanta & tam egregia mentis humilitate præter comunem aliorum morem præditus uulgo perhiberis, fortasse nunc frustra tibi, quanquā obi

ter uirtutes tuas enumerare cœpi,qui omnium tuorum ipsi tibi & dictorum & factorum planè conscius atq; optimus es testis, nec desyderas,laudabilia de te ad te dici,quod forsitã adulationem olere putabis.Quare si quos indytæ celsitudini tuę Panegyricos,quacunq; ex causa duxeris aliquando admittendos,ego qui me tali ac tantæ oratorum prouinciæ sentio q̃ sim & ingenio & uiribus impar,ne bos ditellas, eã uicẽ illis relinquo,qui pleniores & uberiores in dicendo me superant,quibus facile ancillat̃ latini sermonis incorrupta integritas,ut quod re auctum est,oratione ornent. Eiuscemodi virorum quorum scripta meis præfero magna tibi copia præsto & ad manum est,quando ad te cęteris Germaniæ principibus literarum amantiorem omnes qui doctrina, consilio, eloquentia polleant,aditu perfacili obtento conueniũt. At mihi unus instar omnium est ille nobilis equestri ordine HVLDERICHVS Huttenus aulę tuæ familiaris,in iure Ciuili & Pontificio non nullus,non nemo,non nihil,orator disertissimus,& poëta Delphicam lauream cõsecutus.Adest etiam corpori tuo alter Aesculapius,eloquentiæq; studiosis Mœcenas, Henricus Stromer Aurbacchius.Medicinę doctor.

Sunt & alii ex tuis non mediocrium artium, sed propè maximarum, quin uel summa quoq; di gnitate cum omnis generis scientia & simul elo quentia illustres & clarissimi, qualis ille Reuerē dus magnificentiæ infula decoratus Dn. Lau rentius Truchses, tuę Metropolis Decanus, cu ius tota cognatio & doctissima extat, & excellē tibus Ecclesiarum Magistratibus dotata. Illis ac cedunt præterea cæteri haud impares, quos si nominare pergerem, catalogus in uolumē cre sceret, eorum qui te permittente decora nomi nis & generis tui, quæq; sunt de te memoratu digna (sunt autem omnia) suauiter erudite in tegre, ample, ornate, copiose cū admirabili ora tionis dignitate, scribendiq; atq; dicendi locu pletissima facultate ualeant amplexari. Meum est autem, qui lōge remoto gressu illos sequor, tibi aliena dicare, dum propriis non sufficio, ac dum paria rebus tuis officia de meo impende re nequeo, alicūde mutuari & commodatis uti, ne forte cum alii tuam hāc nouam functionem ut olim Pandoram subito creatam Dii omnes pulchris muneribus ornarint, ego solus cultu & ueneratione abstinens ausim ad te nō modo dominum mihi obseruandum, & magnifican dum, verumetiam Patrem pientissimum & de

mentiſſimum, uacuis manibus applicare. Sed quid tam diuo & tanto numini offeram? cum mihi nondum Salomonis & Hiram claſſes ex Aphrica uenerint, afferentes aurum & argentum, & dentes elephantorum, & ſimias, & pauos. Equidem hucuſq; ſimiliter priſcis Græcorum uiuo, ἀνάργυρος καὶ ἄχρυσος. necq; promittere poſſum quę Achilli Agamemnon, licet accipere nolenti, quondam.

Viginti fuluos operoſo ex ære lebetes
Et tripodas ſeptem pondere & arte pares
Addita ſunt illis auri bis quincq; talenta
Bis ſeptem adſueti uincere ſemper equi.
Quodcq; ſuperuacuū eſt, forma p̄ſtāte puellæ
Lesbides euerſa corpora capta domo.
Cūcq; tot his. (ſed nō opus eſt tibi cōiuge) cōiūx
Ex Agamemnoniis una puella tribus.

Et cætera quæ Ilias Homeri enumerat. Magna ſunt hęc, & magnis tu fateor rebus digniſſimus es. Nos contra mediocris facultatis hoīes, magnum animum paruis muneribus libenter oſtendimus. Sunt nobis mitia poma Caſtaneę molles & preſſi copia lactis. & quanquam pingui tamen macer taurus in aruo. Quid faciam igitur? Vtruncq; complectar. & quod te deceat magnum, & quod mearum opum ſit paruū.

Virtute quidem ingens, corpore uero exiguū.
margariti gemmæq; instar. Sanè q̄ uiderer mi
hi scire tanquam uno omnium ex ore qui te no
rūt, singularem erga bonas literas, potissimūq;
theologicas, cultum & amorem tuum, satis ido
neam mihi potestatem putaui concessam grati
ficādi tibi per altissimarum rerum solidam do
ctrinam, antiquissimorum autorum libris com
prehensam, & si uel admodum forent breuiu-
sculi. Cum sapientibus enim uiris recte iudicas,
melius esse de rebus nobilioribus quantumli-
bet parum cognoscere, quàm de uilibus abie-
ctioris momenti plurimum. Cuius sententiæ
Auenrust laudator est, & Aristoteles in libro
Cæli secundo, rem ingenua laude dignam asse
ruit, si quis tanta siti, tamq; ardenti erga philo
sophiam desyderio afficiatur, q̄ μικρὰς εὐπορείας
ἀγαπᾷ, περὶ ὧν τὰς μεγίστας ἔχομεν ἀπορίας. Nuper
itaq; collustranti mihi quæ recondita tenerem
in cella mea libraria, offerebāt se de subito Bea
tissimi ATHANASII græca opera, quo
rum è numero unum inter tot preciosa iocalia
librum De diuersis ad Antiochum principem
Quæstionibus inscriptum seposui, quàmmaxi
me tibi & gracilitate quem breui perlegeres, et
subtilitate quem libenter agnosceres, nō modo

a cceptum,ut haud titubanter ſpero,ſed etiam gratiſſimum. Scio ueneraberis & inter delitias habebis tantillū uolumen, propterea ꝙ & ſtrictim & non perplexim profundiſſima ducit in altum,& obſcura in lucem,& ſpectatorem quē libet in eius amorem ſanctitudo quoqꝫ autoris inuitat & allectat. Mox cogitabam operæ me precium publice priuatimqꝫ facturum,ſi latinis etiam hominibus,me interprete,fieret ſub tuo nomine cognitus,& ſimul tantuli ponderis lucubratiūculam humeris meis iudicaui haud im parem,qui propter grandæuam ætatem non ſum auſus adoriri grandiora. Próinde, uerti opuſculum hoc tibi dedicandum è grę co in ſer monem latinum,fortaſſe nō ubiqꝫ latine,uenia dignus,qui malui authoris ſapientiam oſtende re,q̃ rhetorum dicendi fucum,ut qualecūqꝫ ſit, Athanaſii uolumen ſit,non meum. Roborauit inſtitutum hoc meum lepide,rerum ſimilitudo Quid enim magis par fuerit.primo quidem q̃ꝫ Archiepiſcopo Moguntino donari Archiepi ſcopum Alexandrinum.Déinde uero & eum Archiepiſcopum,qui olim tam diuturnam per ſecutionem à calumnioſis proditoribus,ac mē dacibus Theologiſtis pro ueritate non abſimi liter cum præſenti donatore paſſus eſt,ſi liceat

parua cõparare magnis,& tẽpora temporibus. Athanasius nãq; omne studium,omnem ope ram,omnem laborem ad id solum cõuerterat, ut ecclesiam recta fide augeret. Ego pariter ille Reuchlin,idem, qui & Capnion,quæcunq; de Hebraicis uoluminibus aut libris dixi, scripsi, consului,ad incrementum Ecclesiæ catholicæ feci,ne odiosa crudelitate fugarentur,ii qui fo ris sunt,quin potius comunicatione linguarum & benignitate,clemẽtia, humanitate ad nostrã fidem infideles allicerentur,iuxta Patrum con-stitutiones. Sic & Pascasio rescriptum extat,& Toletanum concilium decreuit. Præceperunt nanq; sancti Patres ecclesiæ catholicæ ac Proa ui nostri,ut in iure Canonico statutum legitur, ita cum Iudæis agendum esse,ut potius ratiõe & mãsuetudine prouocati,sequi nos uelint,nõ fugere,ut eos ex eorum codicibus ostẽdentes quæ dicimus ad sinum matris ecclesiæ,deo pos simus auxiliante cõuertere.Non ex nostris co dicibus,ait Ius,q̃ quidem Biblia est. (Nam oĩa nostra facim9, Lex inquit,quibus autoritatem impertimur) nostra igitur est Biblia,nõ eorũ. At ex eorum codicibus clementer ipsis ostẽde re iubemur errores suos,non furere,non insa-nire,non codices eorum publico incẽdio com

burere,quos legere,quos & interpretari,tranſ ferreq́ꝫ nobis iniunxit,autore Clemente quin to,ſancta mater eccleſia. Hæc & alia Concilii Viennenſis monita imitatus ego,conſului pro cōmodo fidei diſcrete admodum & limitate, ne libri Iudæorum concremarentur. Profecto neſcius in illo tempore,ꝙ Theologiſtarum co hors & miniſtri ad ſpem futuri ſibi lucri aliter conſuluiſſent. Poſt autem q̄ prudentiſſimus Im perator Maxæmilianus, mei conſilii audiens, hebraicorum librorum combuſtioni ſuperſe diſſet,ecce rediit mox poſthabitis illorum con ſiliis,Sācti Athanaſii hiſtoria in mei perſequē di exemplum retorta,cum excreuiſſet ac intu muiſſet Theologiſtarum aduerſus me flagrās inuidia,quam ad rem ut poſſent etiam ignobi lis uulgi concinnare ſuffragia,ceperunt incredi bilia fingere mendacia,quæ poſt adiuuāte deo comperta ſunt fuiſſe prorſus ementita. Nam cauſa tota in iudicium deducta, & Apoſtolica ſententia contra illos,ac pro me lata,negocium om̄e patefactum eſt,& impoſtores notati ſunt infamia. cuius ob nauſeam ut lōgiori me tem pore uexarent,Summum Pontificem appella runt,ubi multis & annis & impēſis re geſta Ro mæ cum iam uotis me doctiſſimorum uirorū

absoluendum fore audiuissent, mandatum de supersedendo Reuerendissimis iudicibus rep̄sentarunt, & iusticiæ rotam stiterunt, q̄ annos supra duos in Heremodicio perstitit, sed contumelia non quieuit. Interea enim Theologistæ Peperimanitæ post proditionem, post iniuriarum factionem, post scripturarum falsationem, post calumniosam accusationē, post Apostolicam absolutionis meæ sententiam, post papalem inhibitionem, & fulminatam excommunicationem, qua usq̧ hodie detinentur irregulares, in atrocibus iniuriis perseuerantes, famosos contra me libellos diuulgarunt, mendaciis plenissimos, & uariis picturis nomen meū pro rostris ac ubilibet locorum suffixerunt, quibus me bilinguem delineabant, cum sim quinq̧ linguarū peritus, Germanicę, Gallicę, Latinę, Grecæ ac Hebraicæ, nec non & Chaldaice scripta mediocriter calleam. Supra igitur quinquilinguem me depingi oportuit, non bilinguem tantum. At hæc uia illorum, scandalum ipsis, ut inquit Psaltes. Iam uero cum experiūtur se in criminibus aduersum me nihil posse, tum relicta ut ipi asseruerunt fidei causa, per aduocatos utinam uirtute pręstantes, ad apiculos iuris confugiunt. Si forte, quanquam nō sua industria, qui

ad iniurias ſolum & non ad iura nati ſunt, tamē aduocatorum ſolertia ullam inuenire queant captiunculam, quo iudiciarii proceſſus formu/la uel aliquantulo momento uacillet. Expectandum igitur nobis eſt quid futurum ſit, Chriſt⁹ ne uincat an Chryſus. Sed quid in hac oīm re mea conſpicitur à Sancti ATHANASII perſecutione alienum? Quid diſtat niſi ſola beatitudo, quam ille habet triumphans, ego deſydero militans, & qui ſentio intra me parem animum, ſpero illius interceſſione par præmium. Tempora fateor illi fuerunt longiora, cæterum ſimilis alioqui utriuſq; oppreſſio, ſimilis impugnatio, ſimile decepti ac concitati uulgi odium. Abſit inuidia comparationi, nō enim cum ſancto, peccatorem, neq; cum epiſcopo, laicū me confero. Sed conſimile negocium affero. Paſſionum hic ratio habetur, non paſſorum, hoſtiū ſimilitudo, paritas uotorum, æqualis Theologiſtarum calumnia. Vt igitur obliuiſcar meorū, ego ſanè ad Beatum ATHANASIVM reuerto, plenum uirtute, immo ipſam uirtutem Is ubi cum Theologiſtis ſentire nec potuit nec uoluit, odiebat enim mecum anilia in diſcipli/nis theologicis ſophiſmata, quæ ita illi, ut hi noſtri, amplexabanť, unde ducti ſunt in hæreſum

profunda barathra, tum obruitur multitudine Arianorum, quos nulla legum reuerētia, nullo iuris præsidio uitare, sed sola fuga poterat. Interea sibi concessis induciis iussu Imperatoris Constantii, Archilao præsidente, omnem obtrectatorum accusationem & uiuis & præsentibus testibus extinxit. Nam in omnium hominum frequentia, & omnium spectatorum concursu, mulier quæ illis fingebat̃ ab Athanasio stuprata, ipsa crimen in Timotheum presbyterum reiecit. Arsenius Melitianus quem ostenso brachio de corpore cuiusdam mortui extracto dixerunt ab Athanasio fuisse occisum, in cōspectu om̄ium uiuus & integer apparuit, & uoce alta sanctum à tanto crimine homicidii purgauit. Calicem cui⁹ cum altario fracturā impinxerunt Athanasio, clerici eius tēpli uniuersis in p̄sentiā attulerūt. Verū q̃a non iudicādi, sed opprimēdi hoīs causa cōciliū gerebat̃, fragor oīm theologistarꝫ repēte attollit̃, Magnū esse Athanasiū, nec debere ullo modo talē hoīem uiuere. Irruētibus igit̃ in eū aduersariis, auulsus est nutu p̄sidis ne illi manus afferrent̃, atq; ut uim, arma, incursionē, impetū, furorē, terrorésq; mortis euaderet, ubi hoīum atq; diuū ius phasq; locū nō habebāt. Latuit igit̃ ad tēpus ut fructuo

ſius fidei ſuccurreret. Poſt multos itaq; annos
mortuis crudelib9 Cōſtātio Cōſtāte Cōſtātino
& Iuliano tyrānis, tādē Iouiano Impatore cū in
credibili doctrinę ſuę pconio, & ingenti morū
laude reſtitutus eſt honori, dignitati, & eccleſię
ſuę. In qua docuit pluria orthodoxę fidei nō ſo
lū utilia, uerūetiā neceſſaria. Scripſit et īnumera
cognitu digniſſima, q̄q̄ eorꝝ magna pars īteriit,
q̄dā aūt uſq; in hāc ætatē gręce legūt, è q̄rū nu
mero p̄ſens hoc eſſe arbitramur opuſculū, q̄dā
deniq; à romane doctis traducta ſeruant. Illud
tn̄ ad antes et in calce hui9 ꝓlogi haud obmittē
dū duxi, q̄d de tāto fidei ꝓtectore XLII. annis
pſecutionē theologiſtarū ppeſſo Greg. Naziā
zenus ſcripſit. ἐν γήρᾳ καλῷ κατέλυσε τὸν βίον καὶ προσετέθη
τοῖς πατράσιν αὐτοῦ πατριάρχαις καὶ προφήταις καὶ ἀποστό
λοις καὶ μάρτυσι, τοῖς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἠγωνισμένοις.
.i. In ſenectute bona exoluit uitā & apponit pa
trib9 ſuis. patriarchis & ꝓphetis & apoſtolis et
martyrib9, q ꝓ ueritate certarūt. Et cū angelis
ſanctis animiſq; beatis uiuit in cęlo, ſine fine lau
dās Homouſiō patrē & filiū & ſpiritū ſanctū, q
eſt de9 Triſypoſtat9, ut in ſequētis ſui opis pate
bit initio, iūctis adnotatiōibus noſtris, quas &
grato accipias aīo Reuerēdiſs. ac Illuſtriſſime
Princeps principum, & me perq; commēdatiſ
ſimum habeas oro.

LIBER S. ATHA NASII ALEXANDRIAE ARCHIEPISCOPI, DE VARIIS QVAESTIO nibus, ad Antiochum Principem. De græco in latinum nuper traductus. Ioanne Reuchlin, qui & Capnion, Interprete.

QVAESTIO I.



VICVNQVE in Trinitatem consubstantialem seu coessentialem credentes & baptisati, asserimus Deum esse patrem, ac similiter Deum esse filium, itidemq; Deum esse Spiritum sanctum. Quomodo non tres deos, sed unum solúmq; Deum affirmamus? Deniq; si unum quidem adoramus deum, certe manifestũ est, q in Monarchiam credentes Iudæos imitabimur. Sin autem tres deos, tum planè patescit, q Græcos sequimur, deorum multitudinem introducentes. ac nõ unũ solum deum pio cultu adorãtes.

RESPONSIO.

FACILIS est hæc ratio. Quippe religio sæ pietatis modus, fide sola, nullóque scrutinio cognitus, ob id'que honorandus. Deus enim comprehensibilis, non est deus. Nam si nec angelos nec animas nostras, quæ sunt res creatæ, apprehendere ualemus, quanto magis decet ipsum illorum conditorem fore incomprehensibilem. Proínde quod in arcanis reconditur, dum fit cognitum, non ultra erit admirandum. Id igitur Christianorum fides est, quorũ Trisypostatus, id est, Trisubsistẽtialis deus, nec unus est Anthropomorphus, id est, hominiformis, ut græcorum pueri fabulantur, nec tamen tres Dii, tanquam à se distantes. (Abeat in malam rem fabulosus grecorum iste sermo) Indiuidua uero est in tribus subsistentiis unius essentiæ deitas. Hoc autem cognitu pernecessariũ erit, quod nec uerbis nec enthymematis seu cogitationibus apprehendere uel enunciare de deitate aliquid humana mens queat. Sanè omnes quot quot deum comprehendere studuerunt, suam ipsorum umbram persecuti sunt, & quotquot extiterunt qui de essentia dei dicere statuerũt, abyssum pugno suo mensurare conati sunt. Quotcũque item profunde scrutari sunt ausi, tan

dem in prauas cogitationes & hæreſes diuerte runt. Ille nanqꝫ pater & deus non, ut ego, creatꝰ pater eſt, generãs, ut ego, creatum filium. Necꝫ filius & nec ſpiritus ſanctus, tanq̃ hominis ſpiritus circũſcriptus, hoc eſt, incluſus & perceptibilis. Sed eſt ineffabile ac inexponibile ſanctæ trinitatis myſteriũ. At tu ne dixeris qualiter? Eſt enim ſupra omne quale. Necꝫ dixeris quomodo? Eſt enim ſupra omnem modum, diuinus modus. Non etiam dixeris qua ratione, nam ſupra rationem eſt diuina ratio. Sed crede in patrem, non ſcrutando rem. Adora filium, non tã impertinenter ſollicitus circa illius generationem. Hymnis lauda ſpiritum ſanctum, & inquirere noli ſanctę trinitatis myſterium. Egredere ad Iordanem, & uide reuera dilucide ſanctæ ac cõſubſtantialis ſiue coeſſentialis Trinitatis uirtutem. Patrem quidem deſurſum teſtificantẽ. Filium autem inferius baptiſatum, Spiritúmꝗ ſanctum in ſpecie columbæ deſcendentem, cui gloria & imperium & adoratio nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum.

QVAESTIO II.

QVA POSSET autem coniectura homo ætate uirili prouectus dep̃hende

re: num fuerit consummate baptisatus, & tum spiritum sanctum in sacro lauacro acceperit, cũ paruulus fuisset & infans.

RESPONSIO.

DOMINVM Isaias propheta sermone hoc alloquitur. Propter timorem tui domine in utero concepimus, & parturiuimus spiritum salutaris tui. Quo igitur modo concipiẽs in utero mulier ab infantis intra uuluam, subsultationibus, agnoscit certo certius ꝙ donata foetu est. Hoc pariter et animus ueri Christiani non tam ob uerba parentum, sed ab operibus & exultatione cordis, tum maxime cum stata festiuitatum tempa ingruũt, ut illuminationum quam natiuitatem Christi, & Epiphanię quem trium Regum appellamus diem. Comunionis deniq; quam sanctissimi corporis & sanguinis CHRISTI sumptionem, aut ut alii non pauci transitum siue Pascha uocant, satis compertum habet singulari tum gaudio, tum lęticia, ꝙ Spiritum sanctum cum baptismate accepit.

QVAESTIO III.

QVANDO, vnde, & quomodo facti sunt Angeli:

RESPONSIO.

NEC CERTE unde, neq; quomodo ſint facti, natura ualebit humana proferre, niſi hoc tantum, ꝙ de non ente ad eſſe producti ſunt. Ad id autem quod rogatur, Quando? ſolent alii quidem reſpondere primo die. Alii autem, ante primum diem. At ille cum inter ſanctos pater noſter, tum miraculorum etiam operator Epiphanius Cypri Archiepiſcopus, in libro contra Paulum Samoſatenſem, cui titulus extat Panaria, latius expoſuit, aſſerens unà cum cœlo & terra illos eſſe creatos, nequaquam uero prius, tum eos qui dixere contra, multis ſubuertit rationibus. Et in altero uolumine quodã ſuo idem recte approbat.



QVAESTIO IIII.

DIC VELIM, vnde palam fiet, ꝙ creati ſunt angeli? cum ne par quidem aliquid in toto Geneſeos libro uideatur adduci, quo poſſit hoc aperte conſtare.

RESPONSIO

QVANDO prænouerat deus cum multorum hominum, tum profecto maxi

me Iudęorum in Idola et plures deos amorem, eius gratia occultauit in Geneſi quam tradere poterat de angelis rationem, ne & illos inter deos referrent, qui etiam uitulum, & alia finxerũt diuorum nomine adoranda. Qꝫ creati ſint autem Angeli, audi Spiritum ſanctum in propheta loquentem. Laudate dñm omẽs angeli eius Laudate eũ omnes uirtutes eius, quoniam ĩpe dixit & facti ſunt, ipſe mandauit & creati ſunt.

QVAESTIO V.

AN vero de eſſentia luminis ſui exiſtant, aut alterius cuiuſdam naturæ?

RESPONSIO.

QVANTVM ſol à ſtella differt, tantũ angelorum diſtat eſſentia ab omni viſibili creatura.

QVAESTIO VI.

QVANTVS igitur angelorum numerus erit, ſupra conditiõis humanæ numerum?

RESPONSIO.

SVNt qui arbitrentur angelorum partes ad numerum hominis eſſe nonaginta nouem,

iuxta domini parabolam de cẽtum ouibus. Alii nouem pro illa de decem drachmis parabola. Reliqui uero coæquales & eiuſdẽ numeri putant eſſe angelos & homines, id teſtimonio afferentes quod ſcribitur. Conſtituit terminos populorum iuxta numerum angelorum dei.

QVAESTIO VII.

QVID differt inter Dæmonum & Angelorum eſſentiam?

RESPONSIO.

NON eſt diuerſa illorum eſſentia, ſed propoſitum & uoluntas.

QVAESTIO VIII.

QVOT ſunt ordines, & quot ſubſtantiæ Angelorum?

RESPONSIO.

SVBSTANTIA certe ut hominum ſic angelorum eſt una. Ordines autem ſunt, ut ille magnus in theologia Dionyſius ait, nouem qui more ſuo ita nominantur. Angeli, Archangeli, principatus, poteſtates, uirtutes, dominationes, & ſex alarum Seraphim, & multoculi cherubim, atq; Throni. Porrò de una angelorum

ſiue ſubſtantia ſeu eſſentia pariter S. Gregori: us ille Nyſſenus ſcribit capite decimoſeptimo libri ſui de homine.

QVAESTIO IX.

CAELI quot ſunt?

RESPONSIO.

DVBIA multis eſt hæc queſtio. Duos eñ cælos liber generationis inſinuat. Sanctus uero Paulus tertiũ uidit cælum. At Dauid propheta quatuor enumerat cum ait, Laudate eũ cæli cælorum. Hoc tamen non eſſe prætereundum arbitror complures fuiſſe opinatos, ꝙ ſanctus Paulus non in tres fuerit raptus cælos, ſed in tertium cæli. Sicut enim hominum natura dici ſolet unus homo & plures homines, ita cælorum natura tum unum cælum tum plures cæli in ſcriptura ſacra nominantur.

QVAESTIO X.

QVANDO & quam ob rem cecidit diabolus, quoniam aliqui fabulantur, ꝙ Adę non permiſerit adorare, eo tum ceciderit.

RESPONSIO.

HOMINVM eſt inſipientium ea reſpõſio. Cecidit enim diabolus priuſquã Adã

fieret. Est autem manifestum, q͞ propter super biam suã abiectus est diabolus, ut inquit Isaias propheta, cum id secum statuisset dicens. Quoniam ponam thronum meum in nubibus, & similis ero altissimo.

QVAESTIO XI.

CVR itaq͞ permisit illi deus, hominum genus persequi & impugnare?

RESPONSIO.

VT diligentes deum manifesti fiant, & dediti uoluptatibus reprobentur. Nullo enim se opponente aduersario non probabuntur regis ingenui milites. Diligentibus igitur deum fit causa diabolus uictoriȩ, coronȩ atq͞ p̃miorum.

QVAESTIO XII.

QVVM e cælis diabolus ciciderit, quomodo in Iob scriptum legitur. Quando uenerunt angeli dei ut assisterent coràm domino, affuit & diabolus in medio illorum.

RESPONSIO.

NON dixit scriptura, q͞ in cælis uenerit diabolus in medio angelorum, constabit ergo q͞ in terra. Siquidem ubicunq͞ fuerint san-

cti angeli ſemper inibi deo aſſiſtunt. Hoc uero dignum ſcitu eſt, ꝙ de9 per aliquem ſanctum angelum diabolo colloquebatur. Quemadmo dum & rex quilibet per medium hominis cu iuſdam ad condemnatum loquitur.

QVAESTIO XIII.

NVNQVID ualet incantatio & uenefi cium occidere hominem?

RESPONSIO.

IVSTVM certe nequaquam, Peccatorem autem nonnunquam, deo permittente, cum ne contra porcos habeat poteſtatem, ſicut in euangeliis audiuimus.

QVAESTIO XIIII.

QVALEM ne orationem aut quod uer bum ex omnibus orationibus atcꝫ uer bis plus timent dæmones & diabolus?

RESPONSIO.

NARRAuerunt nobis ſpirituum ſtudioſi, homines fide digni, ꝙ aſpectu ipſo & de facie aliquando apparuerit eis diabolus, & peti tus hanc ab ipſis quæſtionem reſponderit his uerbis. Non exiſtit in toto tam ueteri ꝙ̄ nouo

teſtamento uerbum terribilius, atq; magis noſtram diſperdens poteſtatem, q̄ initium ſexageſimi ſeptimi pſalmi, q̄prìmum enim uerbo dicto Exurgat deus & diſſipentur inimici eius, mox ululans euaneſcit & diſparet diabolus, factis oſtēdens huius oratiōis uirtutē & opationē

QVAESTIO XV.

VNDE mouentur in corde hominis cogitationes & meditationes contumelioſæ execrabiles atq; nephariæ, quæ ſæpius in dei iniuriam tendunt, & quas nec anima uellet proferri, nec hominis lingua nominare.

RESPONSIO.

HVIVS autor eſt & operator diabolus, ille iſta nefanda in hominis animam ſubministrat, loquēs contra deum uerba, quo poſſit in deſperationem adducere hominem. Sed nō ex hoc præciſe condemnatur homo. Abſit. Talis nāq; cogitatio ex leui ſuſpicione ſurrepit homini, ſed ab eo diſcedit dum cogitabit ſe ipſum eſſe terram & puluerem, non admodum reſeruans talem cogitationem. Sed diabolo dicens. Blaſphemia tua ſit in caput tuum diabole. Ego enim dominum deum meum adorabo, nec eū unquam blaſphemabo. Secure igitur eſt inten

dendum his dictis. Complures nanque hominũ ab huiuscemodi cogitatione uicti partim se ipsos in præcipitium egerunt, partim in desperationem uenientes perierunt.

QVAESTIO XVI.

CONSEquens arbitramur, post sermonẽ de deo & angelis, tertio loco de animarum cõditione in medium proferre. Multa enimuero apud homines de illo ipso quoque et quæstio est & dubitatio, utputa quę sit res, anima hominis, & unde ipsa constet in corpore, & quando ac qualiter à corpore separet̃, & quid tunc usque ad resurrectionem agat. Nullus enim ex mortuis ad uitam profectus, illa nobis denũciauit aut patefecit. Iccirco rationem hanc de anima tanquam multis incomprehensibilem à tua sanctimonia petimus diligenter.

RESPONSIO.

HOMINIS anima, est substantia intellectiua incorporea, impassibilis, immortalis. Porrò nunquam angelus fuit aliquando anima ut Origenistæ fabulantur, nec animæ fuerunt ante corpora sua, ut Manichæi sentiunt. Sed sicut lapide ac ferro contusis & contritis, ex utrisque nascitur ignis. Ita ex utriusque & uiri et mu

lieris complexu desyderat constitui corpus &
anima. Id tibi persuadeat sanctus Apostolus dicens. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, uidelicet in resurrectione.

QVAESTIO XVII.

VNDE nam sit manifestum ꝙ mortis tempore, non commoritur corpori anima, hoc enim quidam putauerunt.

RESPONSIO.

DEI filius & uerbum Iesus Christus nos docet aperte, mortalitatem corporis, & animæ nostræ immortalitatem, dicens. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vnde liquido apparet, ꝙ immortalis sit & impossibilis.

QVAESTIO XVIII.

FIDELIS sermo & omni acceptione dignus. Quo autem modo tandem separatur à corpore.

RESPONSIO

EX quatuor elementis humanum corpus cōstare credimus, scilicet è sanguine, uisco, bili & pituita, utputa ex calido, & frigido, & sicco,

& humido. Id est, ex igni & aëre, terra, aqua. Nam sanguis tanquam calidum et uitale elemẽtum scilicet ab igne. Viscum autem ab aëre. Bilis uero quippe sicca patet ꝙ de terra est, & pituita frigida ex aqua. In his quatuor, ceu intra quatuor parietes tanquam in domo corporis, instar columbę, reclusa est anima. Igitur mortis tempore secedunt inuicem diuina dispensatione quatuor elementa, ut si diceres, ꝙ dissoluuntur quatuor parietes domus, & euadit reclusa intꝰ columba, hoc est anima, & primo quidem abit sanguis, id est calidum. Vnde nihilominus corpora mortua fel habent post mortem & uiscum, sanguinem autem non habent.

in corp. ut columba inclusa

QVAESTIO XIX.

AT ubi nam dicere uolumus ꝙ futuræ sint, prius receptæ hominum animæ?

RESPONSIO.

ALiena est & horribilis quęstio, et hoībꝰ abscondita, non enim permisit deus redire quenquam inde, qui adnunciaret, ubi aut quomodo sint illæ à nobis profectæ animæ. Tamẽ ex scripturis discimus, ꝙ peccatorum animę inferius omni terra & mari existãt, ut inquit Psalmus. In tenebris & in umbra mortis, & in lacu

infimo. Atq; ut in Iob scriptum est. In terram tenebrosam & opertam mortis caligine, in terram tenebrarum æternalium, ubi non est uidere neq; lumen neq; uitam hominibus. Iustorũ autem animæ post Christi aduentum * & mortem, id quod de latrone in cruce didicimus, in paradiso sunt. Non enim propter solam latronis animam Christus deus noster paradisum aperuit, sed etiam ob reliquas omnes sanctorum animas. *

QVAESTIO XX.

NVNQVID igitur receperunt iusti bona sua, & peccatores pœnam.

RESPONSIO.

NEQVAquam. Attamen gaudium nactę sunt sanctorum animæ, & ista est fruitio earum particularis. Sicut & tristicia quam peccatores habẽt est particulare supplicium. Quomodo enim accersit rex amicos suos ut secum prandeant. Sic & damnatos ut puniantur. Ii autem qui ad prandium sunt uocati, gaudent & lętantur corã rege in palatio usq; ad horam prandii. Damnati autem in carcere clausi, manent in mœrore & tristicia usq; dum ueniat iudex. Ita tãdem intelligere oportet etiam de animabus quæ istuc à nobis migrauerunt

QVAESTIO XXI.

QVID igitur? quando nemo secundum ea quæ locutus es neq; in regnum neq; in gehenam introiuit, quomodo de diuite contra Lazarum audimus, q in igne & tormentis existens, ad Abraham loquitur.

RESPONSIO.

DOMINVS omnia de Lazaro & diuite parabolice locutus est, sicut & de decem virginibus & aliis parabolis. Non enim res gesta est Lazari exemplum. Ideoq; non uident peccatores in gehenam existentes iustos qui cũ Abraham in regno sunt. Nec uicissim cognoscit aliquis proximum suum, illic in tenebris habitans.

QVAESTIO XXII.

QVALITER hoc? Etenim terribilis est sermo & alienus, q non cognoscamus inuicem. Sed ignoti inter nos tum fratres fratrib9, tũ patres filiis & amici amicis cõstituemur

RESPONSIO.

AGNITIO ex corporalibus signis apta est fieri. Sed incorporeæ animæ sibimetipsis prorsus similes sunt secũdum omnem mo

dum. Sicut multitudo aliquarum immaculoſarum & ſibi ſimilium columbarum ſiue apum, non altera differt ab altera, nec inſigni quadam nota, nec ulla magnitudine, ſed per omnia in ſimilitudine inter ſe exiſtunt. Hoc autem dico de iis quæ apud inferos ſunt animabus damnatis peccatorum, ꝙ ſeipſas non agnoſcant. Nam iuſtorum animabus hoc bonum, ſcilicet agnitionem deus dono dedit.

QVAESTIO XXIII.

CONcedatur nunc iuxta tuũ ſermonem, ꝙ animæ ſe inuicem non agnoſcant modo. Sed num uel neq; in reſurrectione cognoſcituri ſint peccatores inter ſe, uidelicet qui eiuſdem patriæ, domus, & familiæ ſunt.

RESPONSIO.

NEQVE tunc etiam in Reſurrectione.

QVAESTIO XXIIII.

QVARE?

RESPONSIO.

QVONIAM omnia ex corruptione ac ſeminatione noſtris accidentia, ſiue illa figuræ ſint ſeu notæ aut ſigna uel paſſiones, per quæ alterutrum nos hic cognoſcimus, ea in re-

ſurrectione mortuorum cum ſeminatione ac corruptione diſſoluuntur & euaneſcunt. Et ſicut ab initio deus unum hominem fecit, ita in regeneratione tanquam unus homo reſurgemus, id eſt, tota hominis imago ſimilis Adę imagini, tam formatione quàm magnitudine atqꝫ figura. Propterea non eſt in reſurrectione diſcretio neqꝫ parui, neqꝫ magni, neqꝫ nigri, neqꝫ albi, neqꝫ fuſci, neqꝫ rubei, neqꝫ uariæ ſunt formæ ſeu ſpecies ſiue perſonæ. Omnia enim illa ex ſatione & corruptione prouenientia, ſimul cum corruptione reſoluuntur & euacuantur. Ecquomodo deinceps, dic mihi, agnoſcet pater filium infantem mortuum, & tamen annorum triginta perfectum hominem reſurgentem, ſecundum ꝙ CHRISTVS triginta annorum baptiſatus eſt. Aut quomodo cognoſcetur mortuus æthiops, reſurgens albus? aut mortuus mutilatus ac læſus, reſurgens ſanus. Si autem incredibilia hæc tibi uideantur, audi dominum Saducæis dicentem, ꝙ in reſurrectione mortuorum neqꝫ nubent neqꝫ nubentur. Non ꝙ neqꝫ uiri neqꝫ fœminæ reſurgant Nam in reſurrectione, ipſi quidem uiri reſurgent uiri, ipſæ autem mulieres reſurgent mulieres. Sicut & ipſa theotocos. Sed erunt, inquit,

ſicut angeli. Ergo ſicut angeli uni9 ſpeciei ſunt & figuræ, ita credimus & de noſtra natura, in reſurrectione per incorruptionem demum fore, ut quemadmodum deus ſpicam fecit ab initio, & ex ſpica natum eſt granū, & rurſus poſtq̄ ſeminatur denuo reſpicatur ſpica. Ita & homo factus eſt à deo cuſtodiens mandatum, immortalis. Seminatus autem per mortem, & occatus ſeu aggere obrutus repullulat ſicut erat ab initio immortalis.

QVAESTIO XXV.

NVNQVID autem uitam conſyderant hinc profectæ hominum animæ, an non?

RESPONSIO.

NEQVAquam. Audi enim prophetam Dauid de morientibus hominibus dicentem. Homo ſicut fœnum dies eius, ſicut flos agri ſic eſſlorebit, quoniam ſpiritus pertranſiuit in illo, & non ſubſiſtet & non cognoſcet amplius locum ſuum. De animabus autem ſanctorū non oportet dubitare.

QVAESTIO XXVI.

Q. ſi hæc ita ſunt, quomodo apparent ſancti multotiens in ſuis templis & tumulis?

RESPONSIO.

EXTRANEA hæc eſt & paradoxa quæſtio, ac ad reſpondendum fideliſſima indigens anima. Attamen ſi es capax audi, non uacillans ratione, Illæ quæ apud templa & tumulos ſanctorum fiunt adumbratiões & uiſiones, nõ per animas ſanctorum fiunt, ſed per ſanctos angelos transfiguratos in ſpeciem ſanctorum: Quomodo enim (cedo mihi) una exiſtens beati Petri aut Pauli anima poteſt in eodem momento apparere in ſuo monumẽto & in mille templis ſuis per totum mundum. Hoc enim nec angelus unus facere poſſet aliquando. Solius enim dei eſt in duobus locis & per totum mundum in eodem momento inueniri. Cum & ipſę intellectuales uirtutes omnino derelinquũtur ab ea quæ in cælis eſt glorificatione, quatenus demittuntur in miniſterium ſuper terram.

QVAESTIO XXVII.

QVID differt ſubſtantia angeli à ſubſtantia humanæ animæ?

RESPONSIO.

TRES inuenimus ſubſtantias ab hominib9 incomprehenſibiles, quas nemo ne unquã quidem uidit, neq; uidere ſupra terram poterit, ſicut ſunt, videlicet dei & angelorum & ani

marum. Attamen coniecturam facimus, q̄ quã tum differt à luna sol, tantum præcellit ac splen det angelorum præ animarum humanarum substantia.

QVAESTIO XXVIII.

ET quomodo prophetæ dicuntur sæpe dominum uidisse.

RESPONSIO.

POST omnes prophetas, & post ipsam etiã apparitionem Christi dixit sanctus apostolus euangelista & Theologus Iohannes, q̄ deum nemo uidit unquam, & ut credatur tanquã horribile ac alienum hoc uerbum, superaddidit, q̄ vnigenitus filius qui est in sinu patris, ille enarrauit. Vnde & sanctus Apostolus Paulus inquit. Quem uidit nullus hominum, neq; uidere potest. Itaq; nullus mortalium nudam dei essentiam uidere potest, nequaquam. Sed quo ad humanam imbecillitatem deus condescendendo prophetis figuratus apparuit, incorporeus tunc existens sæpe ut homo illis repræsentatus est corporalis. quo notum fit, q̄ non essentiam dei uiderunt, sed gloriam. Quod & in angelis & animabus ita oportet intelligere. Sola uero sancta dei mater nudam substantiam sicut reuera est Gabriel, ipsa uidit.

QVAESTIO XXIX.

QVID igitur? An non angeli secundum essentiã apparent hominibus in terra?

RESPONSIO.

NEQVAquam. Nec enim potest corruptibilis oculus uidere essentiam incorruptibilem. Inde luculenter cognóscere datur, ꝙ nõ secũdum substantiã apparẽt nobis angeli, cum nõ in una figura super terram uisuntur. Sed alii qdem in adulescentũ atq; iuuenum forma. Alii uero in specie militum, & in summa, uariæ illorum q̊ ad nos transfiguratæ sunt formæ, una uero solum eorum est essentia siue substantia.

QVAESTIO XXX.

QVAE autem erit diffinitio substantiæ Angelorum?

RESPONSIO

ANGELVS est suppositum uiuum, rationale, hymnisonum, immortale.

QVAESTIO XXXI.

QVOD aũt est opus supercælestiũ uirtutũ?

RESPONSIO.

HYMNVS indesinens, & laus irrequiescens magnificẽtiæ dei, forte autem & ora

tio permanens pro nostra salute. Cum uero hi ordines etiam militiæ dicantur, oportet tum intelligere ordinem doctrinalem, ordinem tutelarem, ordinem procuratorium, ordinem ministerialem, ordinem auxiliarem, ordinem animarum receptiuum, ordinem in aliis assistentẽ. Sicut igitur differentias ordinum in superioribus potestatibus nouimus, ita etiam status et intelligentiæ. Throni nanque Cherubim & Seraphim immediate à deo discunt tanquam omnibus superiores, & deo proximi. Hi uero docent ordines inferiores, & ita deinceps semper superiora docent inferiora, infimi autem omnium ordinum sunt angeli qui hoĩum sunt doctores

QVAESTIO XXXII.

AN memoriam nostri habeant abeuntes animæ, sicut & sancti angeli sunt memores nostri.

RESPONSIO.

ANIMAE quidem sanctorum omnino, peccatorum autem nequaquam. Continuã enim percipientes pœnam, recte circa eam solum manent solliciti nullius rei alterius curam habentes.

QVAESTIO XXXIII.

QVAE ergo nunc est operatio hinc demigrantium animarum?

RESPONSIO

ANIMA, deposito corpore, neq; bonum aliquod neq; malum operari potest. Visiones enim quas cernimus de eis illic, dispensatiue deus ostēdit ad commoditatem. Sicut em̄ lyra si non habuerit pulsantem uana uidetur et ociosa. Ita & anima & corpus á se utrinq; separata nihil operari possunt. Sanctorum igitur animæ à sancto spiritu incitatæ, cum angelis in regione uiuorum deum laudant & tripudiant.

QVAESTIO XXXIIII.

QVID ergo? Num sentiunt aliqua beneficia etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus & peractiones bonorum operum & oblationum.

RESPONSIO.

SI NON aliquo beneficio participarent ex illo, non utiq; in cura & exequiis fieret cōmemoratio. At sicut uitis florescit extra in agro & odorē ei9 sentit in uase uinum reclusum, sicq; conflorescit etiam ipsum. Ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficētia

per exangue immolationem, sacrificium Missae intelligit quae exanguis dicitur, i. incruenta.

ab exangui immolatione & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat & praecipit qui uiuorum & mortuorum potestatem gerit Deus noster. — Exangnis immolatio.

QVAESTIO XXXV.

NVNQVID est possibile nos cognoscere, cuius rei gratia non permisit deus animam alicuius ex illis qui prędecesserunt, remitti ad nos, ut exponeret nobis ad commodum nostrum, quomodo sint negocia illa in inferno & quae necessitas illic immineat.

RESPONSIO.

Ad nos non permittit venire mortuos, ne demones nos decipiant.

MVLTVS inde error in uita proueniret. Multi nanqꝫ dęmonum, transfigurandi se occasionem sumerēt in figuras hominum mortuorum, & dicturi essent ex mortuis se resurrexisse, & sic multa falsa dogmata & negocia de iis quae illic gerantur disseminare possent nobis ad errorem & perditionem.

QVAESTIO XXXVI.

MVLTI opinantur ꝙ prodesset homini, praenoscere diem obitus sui.

RESPONSIO.

SI Deus omnia ut prodesset fecit, certe neqꝫ

hoc nobis incōſyderate occultauit. Si enim præ ſciuiſſet homo diem obitus ſui, totam uitam ſuam ſine timore in peccatis peregiſſet, & ſolum ante duos uel quandoq; tres dies ante mortem ſuam dediſſet ſe ad pœnitētiam. Audiens illud prophetæ dicentis, quod in quo te inuenio in eo te iudico. Et qualis ultra dic mihi gratia eſſet, quando centum homicidia feceris, contemnens deum, & duos tantum dies ceſſares à malo.

QVAESTIO XXXVII.

QVARE nos Chriſtiani adoramus uerſus orientem, & Iudæi ad meridiem.

RESPONSIO.

NON eſt una & conſimilis de hoc reſponſio & demonſtratio. Aliter enim Iudæis eſt defendendum, & aliter Græcis interpretandū. Præterea certe aliter & Chriſtianis declarandum. Iudæis nāq; dicimus, quod huius gratia nos fideles adoramus uerſus orientem, ſancto Spiritu nos inſtituēte per Dauid prophetam cum dicit. Adoremus ad locum ubi ſteterunt pedes tui domine. Et propheta Zacharias docet nos dicens. Et ſtabunt pedes domini in monte oliuarum contra Ieruſalem. Et hæc ſit Iudæis per compendium reſponſio. Ad græcos autem ſic

dicimus, ꝙ non, quaſi in oriente circũſcriptus ſit deus, inde uerſus orientem adoremus. Sed cum deus ſit & nominetur lux uera, ob id reſpiciendo ad lucem creatam, iam non quidem illã ipſam, ſed factorem eius adoramus, uidelicet ex lucidiori elemento ipſum qui eſt ante oĩa elementa & ante omnia ſecula illuſtriſſimum deum honorantes. Fideles autem audiant & diſcant, ꝙ hac de cauſa beatiſſimi apoſtoli fecerunt Chriſtianorum eccleſias intendere uerſus orientem, ut ad paradiſum reſpicientes, unde cecidimus ſcilicet ad ueterem patriam & regionem noſtram, petamus deum & dominum noſtrum reducere nos illuc unde eiecti exulamus Ad auſtrum uero intendere Iudæis prophetæ præceperunt, ꝙ ex auſtro quo ad Ieruſalem, ſcilicet ex Bethlehem naſciturus erat dominus. Ideo dixit propheta. Deus ab auſtro ueniet, hoc eſt à Noto, qui dicitur Theman.

QVAESTIO XXXVIII.

QVARE cum Chriſtus ſit circunciſus nos non ſimiliter circuncidimur?

RESPONSIO.

CHRISTVS certe dei filius uenit adimplere legem, ne putaretur contra deum fa-

cere, aut deò qui dedit legem rebellis esse, nam talem esse Iudæi eum hinc inde diuulgabant. Cum autem ipse pro nobis quę sunt in lege ad impleuerit, iam non restabat ultra q̄ nos essemus sub lege sed sub gratia. Ideo per Paulū ad ad nos CHRISTVS loquitur. Si circunci damini, Christus uobis ad nihil erit utilis. Vnde clare cognoscimus q̄ alieni à deo sunt om̄es qui circunciduntur, siue fideles siue infideles, Iudæi seu Græci, qui gloriantur in lege Mosaica, non sequentes CHRISTVM. Sicut enim omnes qui per sanguinem irrationalium animalium putantes deo immolationem esse offerendā, Christi exangue sacrificium corrūpūt & abominabile faciunt. Ita omnes qui carnem circuncidunt, spiritalem circuncisionem scilicet sanctum baptisma uilipendunt & euertunt. Et rursus aliud simile. Non in lege Christus diabolum euacuauit & dæmonas, neq; in ea salutē operatus est, sed in Cruce. Vnde legem quidē uidentes dæmones, non tremunt neq; timent. Crucem, autem uidentes, sępe tremunt, fugiūt, euanescunt, & persecutionem patiuntur.

QVAESTIO XXXIX.

QVARE omnes fideles nos, cruces quidē conformes cruci CHRISTI faci-

mus, sacræ autem lanceæ uel arundinis uel spõgiæ conformia non fabricamus, sunt enim ita sancta ut crux ipsa.

RESPONSIO.

CRVCIS certe figuram ex duobus lignis componentes adoramus. At si quis infideliũ nos accuset ꝙ lignum adoremus, facile possumus ea duo ligna separare, & formam crucis destruentes quasi inania hæc ligna reputando, eidem infideli persuadere, ꝙ non lignum colimus, sed crucis figuram. De lancea autem & arundine & spongia hoc facere ac ostendere non possumus.

QVAESTIO XL.

QVOMODO manifestum est ꝙ meliorem omnibus sub cælo fidẽ nos Christiani credimus. Oĩs enim fides se ipsam esse aliis diuiniorem & magis piam existimat.

RESPONSIO.

VARIVS de hoc sermo est, & longa de Christianorũ fide respõsio. Attamen duo quædam uidentur penes nos signa, quæ pietatem nostram, & dei erga nos dilectionẽ ac protectionem demonstrent. Primum quidem, ꝙ

non inuenimus ab initio seculi gentem aliam inter omnes gentes tot & tantis temporibus impugnatam, & tamen non deletam, præter hanc solam CHRISTI fidem, quę certe non mansisset indelibilis ab omni natione impugnata, nisi manus dei custodiuisset & custodiret indelibilem. Secundum autem ꝙ nullus rex Christianorum aliquibus barbaris infidelibus traditꝰ est in mortem, etiam tot nationibus ac gētibus aduersus regnum bella gerentibus. Quinimo non solum regem non opprimere, sed nec imaginem suam de monetis & nomismatis delere cum cruce ualuerunt, etiam quibusdam Tyrannis ad hoc laborantibus. Tu uero noli hanc rē uilem & facilem putare. Nisi enim super omnē fidem, deus hanc nostrā elegisset & dilexisset, non utiq; ipsam in medio gentium tanquam luporum crescentem conseruasset indemnem & inuulnerabilem. Sed neq; permisisset deus errantem fidem ubiq; dominari post incarnationē filii eius & dei nostri, domini IESV Christi usq; ad omnes fines terræ. Vnde & ipsum hoc scilicet ꝙ in omni gente creditur euangelium CHRISTI, est testimonium infallibile ꝙ non sit alia fides uerior sub cælo.

QVAESTIO XLI.

SI hæc ita se habent, cur Satanas non dissipat & euertit aliam fidem in terra nisi fidem christianorum.

RESPONSIO.

TANQVAM contrariam ei scilicet & eum euacuantem. Qualis enim solicitudo (dic mihi) aut quæ cura debeat esse Satanæ ut expugnet Iudæos, uel Samaritas, uel Græcos, aut eos diuidat in hæreses & diuersam fidem. Omnes enim illæ gentes, suæ sunt. Et Satanas nunquam quæ sua sunt expugnaret, sed quæ dei. Itaq; si quis uoluerit, uel ex hoc ipso discere poterit, q; non sit alia fides pia & diuina in terris, nisi solum ea quæ est in CHRISTVM, qui cum deo patre & spiritu sancto uiuit & regnat deus vnus, in secula seculorum.

FINIS LIBRI, S. ATHANASII, DE VARIIS QVAESTIONIBVS.

ANNOTATIONES CAPNIONIAE.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO SVMMI PONTIFICATVS ET IMperii Romani Principi Electori, DN. Albertho Cardinali Brandemburgensi, Thomas Anselmus Badensis, Opifex Librarius S.D.P.



VM TE VELLET, Reuerendissime & Illustrissime Cardinalis, hoc munere chartario donare amantissimus nostri Ioannes Reuchlin Phorcensis LL. Doctor, orauit perhumaniter cui tamen semper est omnis in nos concessa imperandi potestas, ut quo magis uniuersorum interesset ueræ theologiæ studiosorum, uolumen istud in publicum prodire, hoc diligentio

ri à nobis cura, typis & prælis nostris commit-
teretur sub tuo fœlici numine diuulgandum.
Querebamur autem ego, & mecum Typogra
phus ille meus Iohannes Secerius Lauchensis,
de libelli macro nimium ac obeso corpore, ti-
mentes ne tam paruæ staturæ apud Bibliopo-
las perinde atque nani cuiusdam subiret contem
ptũ, néue canes paruo emptas carnes uorarent,
ut est in prouerbio. Eam ob rem ut opus hoc
foret aliquanto splendidius, uicissim orauimus
colẽdissimum præceptorem & eruditorem no
strum, ne quid intermitteret, quin uel cõmen-
tariolos quacunque breuitate conscriptos adde-
ret. Respondit. Pomiliones quõdam Romano
rum in deliciis fuisse, gemmas item minutissi-
mas vænire quàmplurimi, & lembo sæpe per-
ueniri quo classe nequeas. Inde fieri, quod non sit
omnis rerum abiicienda exilis statura. Neque si
bi aiebat esse integrum, propter recens aduer
sum se Theologistarum flagicium, multa hoc
tempore in theologicis calamo edere. Denique
nec se tibi sapientissimo uiro præscribere sapiẽ
di modum decere, ne Sus Mineruam, ut aiunt.
Pollicitus tamen est nihilominus & nobis & cæ
teris S. ATHANASII amatoribus, se uelu
ti peripateticum aliquem in trãsitu uelle succin

ctioribus uerbis aperire fenestram, quo facili' captata occasione de quauis huius libelli quęsti one nostri possint artificiosa inuenta excudere. Nobis igitur præpropere tanquam in aliqua porticu deambulans, ad quemlibet articulum sermone quotidiano & simplici, non domi quę sita uenustate, pensum persoluit. Submittens omnia sua dicta determinationi ecclesiæ. Quæ uná cũ ATHANASII libello instar An notationum Capnioniarum tuæ offero excel- lentissimæ dominationi, cui me opto fore gra- tiosum. Vale.

AD QVAESTI ONEM I.



IXIT REVCHLIN. Iudæorum hæc sententia est, ꝙ multa de deo reperiãtur in fide, quæ omni nationi comu- nia sint, Potissimum uero Iu- dæis, Christianis & Ismaelitis, ut scripsit Rabi Moyses Aegyptius in libro primo perplexo- rum capite septuagesimo primo, his uerbis.

אין ספק כי יש ביניהם ד
ברים שכליים שלשתנו
כל היהודים והנוצרים ו
והישמעאלים: Id eſt. Non dubium quin ſint interea ſermones comunes tribus nobis, ſcilicet Iudęis, Chriſtianis & Iſmaelitis. Idq; maxime uerum inuenitur inquirẽtibus de unitate in deitate, quando non poteſt oſtendi ulla gens quæ non credat unam ſolam rerum omnium cauſam primam. quocunq; illa uocetur nomine, pro linguarum, & populorum diuerſitate, ut Hebraice אלהים Elohím. Chaldaice [illegible] Eloha. Arabice الله Alla. Armenice Artziburtzis. Gręce ZEYC. Romane DEVS. Teuthonice THEVTH q̃d & ægyptiorum q̃ndam fuit, teſte Platone in philebo. Gallice Dieu. Italice Dio. Alemanice Got. Sicq; de aliis orbis terrarum natiõibus & linguis. Quanquam fuerunt qui appellati ſunt Athei, id eſt Indiuini, quod de Zadokæis meminerũt inter Hebręos, & de Diagora Melio, Protagora Abderite, Luciano Samoſatẽſi, Theodoro Zenonis auditore Cyrenaico, Euemero Tegeate, Epicureiſq; compluribus, inter

Græcos. non tamen eō nominati ſunt Athei, ꝙ fuiſſent ſine deo, id eſt ꝙ nullum eſſe deum affirmarent, ſed ꝙ negaſſent plures deos eſſe, per quos uniuerſi natura regeretur. Ita enim librum ſuum Protagoras incepit. περὶ θεῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι οὔτε ὡς εἰσὶν, οὔτε ὡς οὐκ εἰσὶν. Id eſt. De Diis neq; ut ſint neq; ut non ſint habeo dicere. Quare Athenienſium iuſſu (ait Cicero) urbe atq; agro eſt exterminatus, libriq; eius in concione combuſti. Quin potius unum ſolum deū affirmantes, multos & tam uarios eſſe deos negabāt. Quemadmodum & Zadokæi angelos non admittebant dicentes, Deum operari oīa in omnibus. Antiquiſſimus igitur ſermo & patrius eſt omnibus hominibus, ut inquit Ariſtoteles in lib. de Mundo, ꝙ ex deo omnia & per deum nobis conſtent. hanc ſententiam Apuleius Madaurenſis latine ſic tranſtulit. Vetus opinio eſt (inquit) atq; in cogitatiões omnium hominum penitus inſedit Deum eſſe. Hunc autē humana ratio facile cogitabit unum ſolum merito ſuſpicari qui ſit omnium primus. Quale in octauo naturalium Stagirita probat. ὅτι ἀνάγκη εἶναί τι ἓν καὶ ἀΐδιον καὶ πρῶτον κινοῦν. Ideſt, ꝙ neceſſe eſt eſſe aliquid unum & ſempiternum & primū mouens, & in cauſis, unam eſſe cauſam pri

mam in xi. metà tà physica idẽ Aristoteles per multa retia uenatus est. quibus ita cum Homero concludit. Vnus ergo sit princeps, quẽ paulo ante nominauit deum uiuum, sempiternum optimum. licet comunis interpretatio habeat deum animal sempiternum, optimum. Quod & Cardinalis Bessarion in lib. tertio contra Platonis Calumniatorem approbat, citando sanctum Thomam & Alberthum Magnum. Ea tamen uarietas ex prosodia oritur. Nam ζῶον penultima circũflexa designat animal. Sed ζωὸν accẽtu acuto in fine, significat uiuum seu uiuẽs, & hæc est linguæ græcæ proprietas, quicquid dicat alioqui doctissimus Bessarion.

IVDAEI sane usq; ad sanguinem cõtendunt atq; certant vnum solum esse deum. Illorum enim lex dicit. Deuteron. sexto. Audi Israel. Dominus deus noster deus unus. Et Malachiæ secundo. Nunquid non? deus unus creauit nos

PAGANI multorum deorum cultores asserunt summum deum rerum omnium autorem, unum esse. Ita enim Homerus Iliados viii. Iouẽ dicere ostẽdit. Τόσσον ἐγὼ περί τ' εἰμὶ θεῶν περί τ' εἰμ' ἀνθρώπων. Id est. In tantum ego ultra sum deos, ultráq; ho

mines. Et in quinto, cũ Pallada & Iunonem facit ad Iouẽ proficisci sic ait. εὗρον δὲ κρονίωνα θεῶν ἄτερ ἥμενον ἄλλων. ἀκροτάτῃ κορυφῇ πολυδειράδος οὐλύμποιο. Id est. Inuenerunt autem Saturnium uidelicet Iouem, diis sine sedentem aliis, hoc est seorsum ab aliis diis sedentem, summo uertice eminentissimi olympi. Quo intelligi datur, in summo constitutum deum, non alium habere deum sibi collegam, sed unum solum esse Deũ summum. Et Orpheus in hymnis. ζεῦ κρόνιε. σκηπτοῦχε, καταιβάτα, ὀβριμόθυμε, παντογένεθλ' ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτή. Id est. Iupiter Saturnię sceptriger, penetratiue, magnanime, omniũ autor, principium omnium, omniumq́ꝫ finis. Est ergo unus, quia primus à quo oĩa, quem Callimachus cognoĩat πανυπέρτατον, id est prorsus summum. Et Sophocles Iustino martyri sic ait. εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστὶ θεὸς, ὃς οὐρανὸν τέτευχε καὶ γαῖαν μακράν. πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, κ' ἀνέμων βίας Id est. Vnus in ueritate unus est deus, qui cælũ fabricauit, & terram longam marisq́ꝫ spectabilem undam & uentorum uiolentias. Quos igitur uulgo nominamus idololatras, illi ecce, illi unum solum deum confitẽtur omnium rerum autorem, patrem deorum & hominum. Et ut Pindarus in Nemea, regem immortalium. Licet inferiores potestates quasi aliquos nutꝰ dei

ſummi, ad creaturas deſtinatos appellent Deos, ut nos angelos, quos & uenerant̃ ſicut nos ſanctos.

SARACENI Arabes & Agareni, quos Turkas dicimus, Vnum ſummum Deum colunt, adorant, & ei ſe ſoli ſeruire fatẽtur. Nam ſcriptum eſt in Alkoran, id eſt in lege ſeu lectura eorum Azoara ſecũda ſic. Omnes homines, deum ueſtri priorumq; factorem, qui terram in imo, cęlum'q; in ſummo diſpoſuit, & imbres ac arbores, earumq; fructus producit inuocantes timete, eiq; nullum exiſtere parem firmate. Et in Azoara xxv. Nullatenus vobis deos diuerſos ſtatuite, quoniam non eſt niſi ſolus vnus, & illũ adorate, eius enim ſunt uniuerſa cæleſtia atq; terreſtria, & omnis bona lex atq; recta. Cur aliũ q̃ eum inuocatis? Quid niſi ab ipſo cõmodi uel uictus habetis? Et in libro de doctrina Mahometh. Quid eſt lex. Reſpondit. Fides. Quæ fides? Ait. Non dii, ſed Deus ipſe vnus ſine participe.

CHRISTIANI etiam cõfitentur vnum ſolũ ſimpliciſſimum Deum Triſypoſtaton, Id eſt. Triſubſiſtentialem. Et hoc eſt quod S. Atha-

nasius ad primam Quæstionem respondit, q̄ Christianorum sit fides Vnum trisypostatum esse deum. Est enim (inquit) indiuidua in tribus subsistentiis unius essentiæ deitas. Qualem pluralitatem in diuinis doctissimi semper omnium gentium odorati sunt.

IVDAEI Sentiūt circa deum aliquā pluralitatem. Dixit enim illis per prophetam Malachiam, Summus deus Tetragrammatus Sabaoth. Si pater sum ego, ubi est honor meus, & si domini ego, ubi est timor meus. Quo in loco deus Tetragrammat⁹ non se dominum singulariter, sed dominos אדונים appellat uere pluraliter. Est nanq̧ Adon dominus numeri singularis, à quo Adonim domini, per declinationem numeri pluralis, & tamen id retulit ad se solum cum dicit timor meus. Hoc timētes Septuaginta Interpretes, quos nostra sequitur tranlatio, dominus singulariter traduxerunt. Et Ionathan Chaldaice Ribbon, id est Magister traduxit. Vnde miror hoc in loco sanctum Hieronymum alioqui diligentissimum notatorem obmutuisse. Sed ut ait Oratius. Sepe bonus dormitat Homerus. Iuniores hebreorū non erubescunt nomē excellētissimū summi Dei, per tria puncta designare.

PAGANI Circa vnitatem deitatis laborantes, etiam deprehenderunt aliqualem pluralitatem existentem supra omnes alios deos. Fabulantur enim Ioue͂ unum & excellentissimum deum, sine ulla commistione solum è capite suo Mineruam genuisse, ut scripsit Hesiodus in Theogonia, quæ certe pręualeat omnibus Diis, iuxta Homerum in hymno Apollinis de Minerua sic.
Ἡ πᾶσιν μακάρεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισιν. Id est.
Quæ omnibus beatis præualet immortalibus. Necꝙ quenquam cõturbet sexus fœminini nomen, solent enim deum qui necꝙ sexum habet, necꝙ proprium nomen, quandoꝙ masculino genere quandoꝙ fœminino proferre. Vnde in Orphica Theologia de Ioue ita canitur.
Ζεὺς ἄρσην γένετο Ζεὺς ἄμβροτος ἔπλετο νύμφη. Quod Apuleius in libro de Mundo sic interpretatur. Iupiter & mas est & fœmina nescia mortis. Cognominatur itaꝙ Minerua μονογενὴς μεγάλου Διὸς ἔκγονος. Id est. Vnigenitus magni Iouis natus. Quare Orpheus in hymnis Mineruam sic alloquitur, ἄρσην μὲν καὶ θῆλυς ἔφυς. Id est. Vir quidem & fœmina producta es. Vnigenitus aute͂ ideo dicitur ab eodem autore, ꝙ solus de solo patre genitus, quod quidem in nullo aliorum

deorum inuenitur, quare dedit ei pater omnẽ potestatem in cælo & in terra, quam nunq̃ uult refragari. Sic enim Mars in quinto Iliados corã Ioue aduersus eam loquitur. ταύτην δ᾽ οὔτ᾽ ἔπει προτιβάλλεαι οὔτ᾽ ἔτι ἔργῳ. ἀλλ᾽ ἀνίεις, ἐπεὶ αὐτὸς ἐγείναο παῖδ᾽ ἀΐδηλον. Id est. Hãc nec uerbo coerces nec facto, sed indulges, eo q̄ tu ipse genueris puerum ignotum. Quo sermõe Iupiter in iram concitatus obiurgauit Martem, quoniam illam constituit gerere supra omnes deos primatum quę sua est sapientia, de uertice capitis sui nata, & de corde prolata, quæ alio nomine dicitur αὐδὴ id est verbum patris seu uox. q̃ua fecit oĩa ut in Orphicis adiurationibus legit̃ his uerbis.

οὐρανὸν ὁρκίζω σε, θεοῦ μεγάλου σοφὸν ἔργον, αὐδὴν ὁρκίζω σε πατρὸς, τὴν φθέγξατο πρῶτον, ἡνίκα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς στηρίξατο βουλαῖς Id est

Cælum adiuro te Dei magni sapiens opus.
Vocem adiuro te patris, quã locutus est primũ quãdo mũdũ uniuersum suis firmauit cõsiliis.

Duo hic præstanti æstimatione digna commemorant̃, quibus pater fecit uniuersum, αὐδὴ id est vox, qui à græcis Theologis logos dicit̃, & à nobis verbum. Deinde βουλὴ id est consiliũ quod Orpheus pluraliter protulit, nõ propter rem quæ una est, sed propter duplicem emanationem. Producitur enim & à Ioue & à Miner

ua Bule, ac pro nostro captu prius quidem nascitur Minerua, deinde sequitur Bule .i. consilium, quæ duo æqualem habent cum patre potestatem, & nominantur duo prudentes partus Iouis. ita scilicet grece, περίφρονα τέκνα, ut in Hesiodi Theogonia legitur his uersibus.

πρώτην μὲν κούρην γλαυκώπιδα τριτογένειαν
ἶσον ἔχουσαν πατρὶ μένος, καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Id est. Primam certe filiam cæsiis oculis Trito-niam, æqualem habentem patri potentiam, & prudentem Bulen .i. consilium. His omnibus acuto iudicio libratis palam conspicimus, apud antiquissimos græcorum quos & Paganos, & Idololatras appellamus, in deo esse unitatem & pluralitatem, utputa Iouē deum, & ex Ioue Mineruam deum, & per Iouem atq; Mineruā, Consilium deum, tria unum, & unū sup omia.

ARABES Saraceni, Agareni, & Turkę pariter aliquam inuenerunt in una deitate pluralitatem. Legit̄ enim in Alkoran Azoara xxiiii. ubi Deus illis sic loquitur. Non est quicquam à nobis absconditum, qui certum modū atq; mēsuram ubiq; seruamus, uentis imperantes, & imbres ad rerū uegetationem è cælo dimittentes, uitam damus, & mortem inducimus. Nos quoq; natos & nascituros agnoscimus. Nos item hominem de

terra & luto plasmauimus. Ecce qui non habet parem, qui non habet participem, seipsum pluratiue appellat, quãquam reuera nihil aliud ex omnibus creatis sibi in creando & plasmando ullum auxilium p̃stitit. Vnde sequitur in Azoara xxv. Ipse itidem deus uos creauit, & perire faciet. Idem ipse tamen unus solus creator uere affirmat superius dicẽs: Vitam damus, & mortem inducimus. Sed quonam modo hanc pluralitatem in diuinis explicet Alkoran audiam⁹, ait enim in eadem Azoara xxv. Ipse nanq; deus & spiritus suus benedictus hunc librum ueracissimum composuerunt. Habes iam duitatẽ scilicet binarium in diuinis, eorum qui Alkorã composuerũt, Et nihilominus unam essentiam cum dicat in Azoara xli. Hunc librum ambiguitatis expertem à Deo totius mundi compositum, tuum opus dicent increduli. tu uero dic solum deum hunc fecisse. Adhuc autem additur deo Verbum, quod greci logon dicunt, ut in Azoara xi. Iesus Mariæ filius, dei nuncius, suusq; Spiritus, et Verbum, Marię cælitus missum. Quo sermone distinguit Spiritũ & Verbum. Habes ergo mittentem, habes Spiritum, habes Verbum, q̃ est lux mũdi illuminãs oẽm hominem. Ergo dicit Alkoran in Azoara LI.

Tibi quidem qui librum & legem ignorabas, nostrum Spiritum mittētes lucem prębuimus. Quæ pluralitas erupit tādem ab ore Arabum etiam inuitis sediciosissimis Mahometi præceptoribus Theologistis. Quanquam mox quasi huius sermonis pœnitens subiunxit in Azoara xii. sic dicens. Sciendum quidem eos incredulos esse qui IHESVM Mariæ filium deum esse dicunt. quod sæpe multumq; repetit Mahometh, suosq; Arianos & Nestorianos hui9 perfidiæ scaturiginem & hæresiarchas temerarie sequitur. Ait enim Arius. Μόνος ἦν ὁ θεὸς καὶ οὐκ ἦν ὁ λόγος σὺν αὐτῷ. Εἶτα θελήσας ἡμᾶς δημιουργῆσαι, τότε πεποίηκε αὐτὸν, καὶ ἀφ᾽ οὗ γέγονεν, ὠνόμασεν αὐτὸν λόγον καὶ υἱὸν, καὶ σοφίαν, ἵνα ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ δημιουργήσῃ. Id est. Solus erat deus, & nō erat Verbum cum eo. Deinde uolēs nos creare, tunc fecit ipsum. & ab eo q̄ factum est, nominauit ipsum Verbum, & filium, & sapiētiam, ut nos p̄ ipsum crearet. Hæc Arius hęreticus. At Nestorius uideamus quid Cyrillo rescripsit. Q; Verbum dei non sit ex Maria natum. ὡς καλεῖσθαι κατὰ ἀκριβεστέραν προσηγορίαν τὴν ἁγίαν παρθένον χριστοτόκον, οὐ θεοτόκον. i. q̄ uocare debeamus secundum diligentiorem appellationem, sanctam uirginem, Christi matrem, non dei matrem. Hæc Hæreticorum factio diuisit Arabas à Christia

nis. Vnde omnis Thurcarum perfidia & Mahomethi lex contra Christianos excogitata fictaq́ꝫ est, circiter annum à natiuitate Domini sexingentesimum, non dei colendi gratia, sed dominandi libidine, cum Heraclius Imperator grauem, ut aiunt, exactionem in Persas & Medos statuisset. Inde ortum est perpetuum orthodoxis cum Thurcis bellum, quo plus q̃ dimidia Christianorum pars absumpta est. At illi uiderint quibus ecclesiæ sanctæ cura committitur, num sit cōsultius in omni literarum publico gymnasio libros & linguas infidelium comuni stipendio docere, quibus fraterne conuincantur, comunicatis mutuo utrorunqꝫ linguis, & docta loquēdi seruata inter se proprietate, q̃ tot sumptibus & quidem intolerabilibus aduersus eos arma & exercitus frustra parare, quibus hactenus cum magno nostro malo restiterunt. Spiritus enim sanctus uariis linguis gentes in unitate fidei congregauit, non gladio, quem iussit Christus in uaginam recondere, non contumeliis, ne dicamus fratribus nostris Raa, nō librorum combustionibus, non sophisticis elenchis, non syllogismorum retiaculis, nō Theologistarum captiosis inuentiunculis. Sed ex uariis linguis oraculorum sancta inspiratione, ac sermōe sim

plici, puro, & cordibus nostris cum mansuetu dine insito verbo quod possit saluare animas. Mea etenim opinioe illi benigno suasu ad nos duci possent qui trahi non possunt. Eis autem aliquid ignosci de ritibus, praestaret fortasse, ut rectae fidei saltem uera hypostasis liberius accep taretur, ne singula ipsis ad Lydium lapidem, ut aiunt, & ad logicam uafriciam essent exploranda. Quod recte insinuat hic sanctus Athanasius. Quippe religiosae (inquit) pietatis modus fide sola nulloque scrutinio cognitus &c.

TRISVBSISTENTIALIS. Pro Trisypostatos vocabulo traduxi. Sane uolueram magis concinne ac pro linguae latinae decoro speciosius uertere τρισυ-πόστατος .i. Trisubstantiuus, si non me retraxisset beatus Augustinus de Trinitate libro septimo capite quarto, qui dictum est (inquit) a nostris graecis una essentia & tres substantiae, a latinis aut una essentia uel substantia, tres psone, no.n. aliter in sermone nostro latino essentia q substantia intelligi solet. Et eiusdem cap. quinto in fine. Fortassis igitur commodius dicunt tres personae q tres substantiae, haec ille. Gregorius autem Nazianzenus in libro de laudibus Atha

nasii hanc synonymorum perplexitatem, non usque ad uiuum resecat, præsertim cum tendant in unam & eandem intelligentiam, ait enim sic: Cum dicimus una vsia & tres hypostases, illud quidem naturam designat deitatis, hoc autem trium proprietates. Idem consimiliter sentientibus Italis, sed propter linguæ suæ angustiam & nominum penuriam nõ ualentibus ab essentia segregare substantiam, hoc est, ab vsia hypostasim, propterea introduxerũt personas ut nõ tres essentię recipiantur. Quid fit? Sanè res ridicula & miserabilis, putatur fidei esse diuersitas, hæc tam uilis circa sonum contentio, postea Sabellismus istic excogitatur tribus personis, & Arianismus tribus substantiis, scilicet cupiditatis superandi & affectati honoris figmẽta. Hęc omnia Nazianzenus. Vbi simul mirum in modum extollit inter oẽs Athanasii uirtutes hãc potissimum, quod beatus ille & uere homo dei (ut uerbis Nazianzeni utar) magnus animarum œconomus, ad animum & ad mentem in qualibet dissensione habebat respectum. Vocauit enim ad se utranque partem in fide contendentium, mansuete ac perhumaniter, & cuiuslibet mentem ac intelligẽtiam eorum quæ dixissent scrutatus, cum inuenisset eos nihil distantes in

ratione,& quod ipsa re consentirent,mox cōdona uit & ignoscendo coaptauit uerba rebus.Hæc Nazianzenus. Legatur ad hæc episcoporum in Alexandria congregatorum epistola Decre talis ad Antiochenos,quę idem de illo & diffu sius tractat. Hæc sanctus Athanasius fecit.Hęc uirtus & hi mores à sanctis laudantur. Perditi autem & damnati homines alios habēt mores, qui uitia sua dialecticis artibus fucare conati, bonos & christianos uiros per aucupia uerbo- rum moliuntur deprauare,ac à recto abduce- re, omnia uerba dicta & scripta eorum quibus inuident aut quos odiunt in peiorem partem falso interpretantes,ac magis amantes disperge re quam colligere,quapropter nisi resipiscant,hor renda hæc illis dicet Christus. Discedite à me maledicti in ignem æthernum,qui paratus est diabolo id est detractori,et angelis eius,hospes eram & non collegistis me.Et dicent ei, quādo uidimus te hospitem & non ministrauimus ti- bi.Tūc respondebit illis dicens. Amen dico uo bis. Quatinus non fecistis uni de minoribus iis, nec mihi fecistis,& ibunt hi in suppliciū æther num,ista ueritas legitur in euangelio Matthæi capite uigesimo quinto. De qua nemo debet dubitare.Neminem planè pharisęorum hypo crisis iuuabit ad salutem.

AD QVAESTIONEM II.

DIXIT Reuchlin. Q hic sumit argumentum ab opere & exultatione cordis, recte fit. A sancto enim Paulo accepimus, quae sint opera carnis & quae opera spiritus, ad Galatas quinto, ubi charitas & gaudium sunt opera spiritus sancti. Ideo dicit ATHANASIVS ab operibus & exultatiõe cordis quod a regio propheta edoctus est, qui ait in psalmo quarto Signatum est super nos lumen uultus tui domine, dedisti laeticiam in corde meo. quod moraliter exponitur ibi de gratia & beneficio gratię baptismalis. Loquitur autẽ de coniecturali cognitione quae ex operationis forma cognoscitur iuxta Metaphysicam Aristotelis uolumine vndecimo, qua etiam cognoscibilis est anima secũdum Peripateticos libro secundo de anima. Sic potest quis coniicere se esse in gratia & ita baptisatum baptismate flaminis, quod maxime fieri potest tempore festorum, cum homo ab aliis abstractus, deo plus intendit. Aliás autem uerum quoq; est quod Iob dicit capite nono. Integer ego; non cognosco animam meam, q̃d nos ita legere consueuimus. Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Quod cõ

firmat Salomon capite ix. Eccleſiaſtis. Tam a-
morem q̃ꝫ odium non cognoſcit homo, quod
nos ita uulgo legimus. Et tamen neſcit homo
utrum amore an odio dignus ſit.

AD QVAESTI ONEM IIII.

DIXIT Reuchlin. Hic ſanctus Athanaſius uarias oſtendit de Angelorum creatione doctorum ſententias. Conſtat autem aliq̃s de-creuiſſe ante primum diem mundi cõſtituti angelos eſſe creatos, ut docet ſanctus Hieronym⁹ in epiſtola Pauli ad Titum capite primo. Et Damaſcenus libro ſecundo cum ſimilibus. Alios autem primo die creatos arbitrari, ut eſt Epiphanius, quem Sanctus noſter citat, & reliqui doctores. Super quo uide Magiſtrum in ſecũdo ſententiarum diſtinctione ſecunda, & Auguſtinum undecimo libro de ciuitate Dei capite nono. Alios demum ſecundo die, ut ſunt hebræorum Magiſtri. Nam Rabi Eliæzer ſic ait.
וביום השני נבראו השכלים
Id eſt. Et in die ſecundo creatæ ſunt intelligentiæ. De quo in Thanhuma tractatur parte prima. Et in Horti nucis libro ſecundo. Cuncti aũt qui Moyſi legem tenẽt dixerunt, ꝙ omne ens præter Deum ortum ſit poſt priuationem. &

ꝙ de⁹ ante tp̄a solus fuerit. Sic.n. Rabi Moyses ægyptius in libri Perplexorū secūdi ca. xiii. ait.

השם ית לבדו היה נמצא
ולא דבר בלעדיו לא מלאך
ולא גלגל ולא מה שבתוך
הגלגל : Id est. Deus (exaltetur) solus fuit ens, & nulla res præter eū, non angelus, & non sphæra, & non id quod in medio sphærę. Tempus etiam creatum quoq; est quia motui adhęret, & ideo dicitur esse de uniuersitate creaturarum. Dicunt autem ideo angelos esse creatos secundo die, ne si primo die fuissent orti, crederetur de angelis ꝙ fuissent cooperatores dei in mundi creatione, nunc autem solus Deus immediate creauit mundum.

AD QVAESTIONEM IIII.

DIXIT Reuchlin. Causas addendas esse quarum mentio in sancti Augustini libro vndecimo de ciuitate Dei habetur cap. xix.

AD QVAESTIONEM V.

DIXIT Reuchlin. Audiamus etiam Paganos. Nam Theophilo quondam Apollinem Colophone roganti, an ipse deus esset necne. Respondit Apollo multis uersibus, quid sit

Deus, & tandem conclusit hoc hemistichio. μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶς ἄγγελοι ἡμεῖς .Id est. Parua autem Dei portio angeli nos. Et alibi dixit Apollo. Iste (inquit) ignis uere deus est, nos autē minima uirtus angelica sumus. Quomodo autem illud portionis uocabulum intelligatur. Ex alio quodam Apollinis oraculo sic discitē. ἔσθ' ὑπερουράνιον πυρὸς ἀφθίτου αἰθομένη φλὸξ. ζωογόνος. πάντων πηγὴ, πάντων δὲ καὶ ἀρχὴ. Id est. Est supercælestis ignis incorruptibilis calefaciens flamma. uitæ parēs, omnium fons, omnium etiam principium. Haud absimiliter sanctus Dionysius de cælesti Hierarchia cap. ii. de Deo sic ait. Quandoq; deum laudant de mediis, ut ignem innocue lucentem, ut aquam uitalis complementi inductricem. Est igitur Deus flamma, uitæ parēs & fons omnium, & principium. Inflammatio autem illa & fontana emanatio in creaturas, nihil aliud q̄ creationem significat. quam largifluam inundationem seu creatoris largitatem Hebræi שפע ꝓprie nominant. Sic Rabi Moyses Maimoni in secundo perplexorum cap. xii.

נאמר שהעולם נתחדש משפע הבורא׃ Id est. Dicamus φ mundus nouatus est de largifluentia creatoris.

מפני חרמות כעין המי ה
חשופעת: Id est. Per similitudinem sicut fons aquæ effluentis. Hæc ille. Est igitur Angelus igniflui fontis proximus riuus. Et ut uerbis utar Iohannis Chrysostomi in Panegyrico de angelis primo. δεύτερον φῶς μετὰ τὸ πρῶτον, ὅ ἐστι τὸ φῶς τῶν φώτων, λέγεται ὁ ἄγγελος. Id est. Secundum lumē post primum, quod est lumen luminum, dicitur angelus. Et secundum Damascenum, Intellectuale lumen, ex primo & carente principio lumine, illuminationem suscipiens. Sic Dionysius in diuinis nominibus capite iiii. Εἰκών ἐστι τοῦ θεοῦ ὁ ἄγγελος, φανέρωσις τοῦ ἀφανοῦς φωτός, ἔσοπτρον ἀκραιφνές. διειδέστατον. ἀλώβητον. ἄχραντον, ἀκηλίδωτον. εἰσδεχόμενον. ὅλην εἰ θέμις εἰπεῖν τὴν ὡραιότητα τῆς ἀγαθοτύπου θεοειδείας. καὶ ἀμιγῶς ἀναλάμπων ἐν ἑαυτῷ καθάπερ οἷόν τέ ἐστι τὴν ἀγαθότητα τῆς ἐν ἀδύτοις σιγῆς. Id est. Imago dei est angelus, ostensio occultæ lucis, speculum purum, nitidissimum, incoinquinatum, immaculatum, incontaminatum, suscipiēs totam (si phas est dicere) pulchritudinem boniformis diuinæ speciei, & syncere resplendēs seu repræsentans in se ipso quantum possibile est eam quæ in adytis & secretis habitat bonitatem.

SARACENI autem & Arabes in Alkoran de hac emunctione lucis non nihil scriptum habent Azoara trigesima tertia. ubi Sciendum est omnibus (inquit Mahometh) Deum cæli terræque lucem, comparari lychno lampadis, vitreæ stellam clarissimam imitantis, & ex arborum fructu ferè lucentem, sine foci attactu, uidelicet oliuę nec orientalis nec occidentalis accessę, qui suam lucem clarissimam cui uult patefecit. Et Azoara quinquagesima sic. Vnde mundũ fulgoribus & custodibus decorauit. quod de angelis aperte intelligitur. Ex quibus omnibus facile colligimus naturam luminis creati, quantumcunque puri, à natura luminis creantis per infinitum distare.

AD QVAESTIONEM VI.

DIXIT Reuchlin. Non solum tot Angeli sunt quot res sensibiles, ut putauerũt quondam sapientes, apud quos omnis uirtus actiua in corpore quę non apprehenditur sensu uocabatur angelus. Nec solum millia sunt angelorũ ut Deuteronomii trigesimo tertio. Cum eo sanctorum millia. Et non solum decem millia, ut Psalmo nonogesimo. Decem millia à dextris tu

is. Nec ſolum decem millium millia, ut Pſalmo ſexageſimo ſeptimo. Currus dei decem millia multiplex millia lætantium. Necꝙ ſolum millia millium, & decies centena millia millium. Danielis ſeptimo. Millia millium miniſtrabãt ei. & decies centena millia millium aſſiſtebãt ei. Quę uerba prophetæ Iohannes Chryſoſtomus in panegyrico de Angelis tertio dicit eſſe ſcripta de ſupernis uirtutibus & poteſtatibus. ἃς ἀριθμῶν, ἀναριθμήτους δέδειξε. καὶ τῷ ἀορίστῳ μέτρῳ μὴ μετρουμένας παρέστησε. Id eſt. Quas numerans innumerabiles oſtendit, & indeterminata menſura nõ menſurabiles repræſentauit. Conſentit Iob vigeſimo quinto capite. Nunquid eſt numer⁹ militum eius, ac ſi diceret, non eſt. Sed ſunt innumerabiles quoad nos, ita exponit Gregorius illic. Et de caſu angelorum & de numero eorũ multi multa ſcripſerũt. Verius autem eſt, ꝙ numerus ille nobis ſit incognitus. Ita Auguſtinus & alii, ut Magiſter in libro ſententiarũ ſecũdo, diſtinctione nona in fine. quod oſtẽdere conatur Beatus Thomas in ſecundo, diſtinctiõe tertia. Idcirco ſãctus ATHANASIVS hoc in loco multorum opiniones ſolum recenſet, nec figit pedem. Et quia citat verbum Moyſi quod ſcribitur Deuter. trigeſimo ſecundo. Sci

endum est ꝙ Hebraica veritas eo in loco nihil commemorat de Angelis. Sed græcus autor græcam tranlationem sequutus est Septuagin ta Interp̄tum, qui aliquādo plus sunt Paraphra stæ ꝗ interpretes. Rectius igitur id latina legit ecclesia secundum hebraicam ueritatem Con/stituit terminos populorum iuxta numerum fi liorum Israel. Quod exponit Rabi Salomon. pro numero filiorum Iacob, qui erant septua/ginta quando ingrediebantur ægyptum, secun dum ꝙ scriptum est Genesis quadragesimo se xto. Omnes animæ domus Iacob quę ingressę sunt in ægyptum fuere septuaginta. Et sic parti/tus est Deus homines in terris per septuaginta linguas, ut idem affirmat autor. Quod autem legitur in Bresith Rabba, deum quotidie crea/re cœtum angelorum, id autore Perplexorum lib. ii. ca. vi. intelligendū est de uirtutib9 q̃ sunt

הכחות האישיות הטבעיות והנפשיות: Id est. Virtutes singulares naturales & animales. Omnis enim uirtus quā dedit deus super quacunꝗ re uocatur angelus missus super illa re.

AD QVAESTIO NEM VII.

DIXIT Reuchlin. Aſſentitur Dionyſius in libro de diuinis nominibus capite quarto, cum de dæmonibus ſic ait. Quapropter hoc ipſo ꝙ ſunt, ex bono ſunt atq; boni, & pulchrũ bonum'q; deſyderant, dum uidelicet eſſe, uiuere, intelligere, quæ quidẽ entia ſunt deſyderãt. Sed priuatione quadam & fuga caſuq; à conuenientibus ſibi bonis, mali appellantur. Recte igitur Athanaſius, quem Damaſcenus cæteriq; ſequuntur, ait, ꝙ inter ſe diſtãt propoſito & uoluntate, illi in malo obſtinati, iſti in bono confirmati. Vide Magiſtrum in ſecundo libro diſtinctione quinta.

AD QVAESTIONEM VIII.

DIXIT Reuchlin. Diuerſa hominũ doctorum opinio eſt de angelorum inter ſe ſubſtantia ſeu eſſentia. Quidam enim putãt ꝙ ſemper alter differat ab altero ſpecie, omninoq; in unica ſpecie ſit unicus angelus, ueluti ſentiunt beatus Thomas cum ſocìis ſuis. Alii, ꝙ multi poſſint eſſe unius ſpeciei angeli, & hoc ut probabilius amplectuntur, ne una tota ſpecies ſit damnata, ut Scotus & eius philoſophiæ ſectatores. Reliqui tenent ꝙ ſicut omnes homines ſint unius ſpeciei humanę, ita omnes angeli ſint uni

us ſpeciei angelicæ. Et hæc eſt opinio noſtri Athanaſii, cui cōcordat ſanctus Chryſoſtom9 in Panegyrico de angelis primo, cū de uniuerſis & ſingulis angelis ita quęrit. πῶσ μιᾶς οὐσίας ὄντες, οὐ μίαν οὐδὲ ὁμοίαν τὴμ μορφὴν καὶ τὴν ὀπ]ασίαν ἐπὶ γῆς ἐπιδημοῦντες ἐπιδείκνυωνται ἀνθρώποις. Id eſt. Quomodo unius ſubſtantiæ exiſtentes, non unam ac ſimilem formam & uiſionem in terra uerſantes oſtendunt hominibus. Aſtipulatur Anſelmus in libro Cur Deus homo, ubi ait Omnes angeli ſunt unius naturæ. Damaſcenus (fortaſſe melius) nos arbitrat̃ neſcire, ſint ęquales an diſtent inter ſe. De ordinibus autem Angelorum nemo perfecte nouit niſi Deus q̃ eos ordinauit. & angeli ſuarum cōditionum haud ignari. & ii quibus illi ſe inſinuare dignati ſunt, teſte Dionyſio in Cæleſti hierarchia capite vi. vbi ſe ab eximio præceptore ſuo aſſerit accepiſſe angelorum ternas trinitates. quem ecce ſanctus Athanaſius noſter hic allegat, cum inſigni præfatione honoris dicens. ꝙ ille Magnus in theologia Dionyſius nouē choros diſtinxerit. Quapropter male hallucinatum in ſacris literis merito q̃dā dicūt Laurentium Vallam, qui hos libros Dionyſio inſcriptos, non permiſit fuiſſe illius Areopagitæ, quem Apoſtolorum acta in

dicant. Profecto minutulis ut uidetur argumẽtis seductus contra uetustissimas eorum librorum inscriptiones atq; titulos. Primo, quasi nõ posset esse philosophus qui Reipub. præsit. Secundo, quasi non potuisset eclipsis solis à Palestina in Achaiam siue Græciam pertingere, cũ id faciat quilibet etiam lunæ defectus. Tertio, quasi non possit aliquis admirationem suam super quodam stupendo negocio uel propinqs sibi & uicinis significare. Quarto, quasi Catalogum illustrium uirorum contexẽtem oporteat omnium meminisse, nec ei liceat quenquã trãsire aut ignorare. Hæc friuola sunt, me iudice, enthymemata, in repellẽdis ueterum autorum ecclesiæ sententiis. Scripsit de hoc Phlegon, teste Origene in libro secũdo contra Celsum. Neq; certe præsumitur tanta grauitate uir, tanta doctrina, & tanta sanctitate præditus, quemcunq; tãdem eiuscemodi seueri Aristarchi horum librorum autorem suspicabuntur, instar apocryphorum esse mentitus qui de diuinis nominibus capite quarto se cũ apostolis Petro & Iacobo, & sancto Hierotheo, & sancto Timotheo, cæterisq; pontificibus in obitu beatissimę Virginis Mariæ asseruit pręsentem fuisse. Nõ igitur Apollinaris alicuius seu ut græce dicitur

Apollinarii fuerunt hi libri, quod tamen illi somniant, qui ut semper aliquid noui proferant, omnia uetera obfuscare desyderant. Vixerũt enim ex Apollinaribus seu Apollinariis quidã Gratiano regnante, alii & ii quidem uetustissimi M. Antonino & L. Vero imperatoribus. Quare non potuit ullus Apollinaris tunc astitisse uel S. Mariæ uel Apostolis. Aut esto illis data facultas ut aliquid proferant ullius doctoris alieni scriptum, quod Dionysiaci styli redoleat simile, quis (rogo) tantam in sacris scribendi maiestatem adeptus optaret potius authori alteri opera sua inscribere cum mendacio, q̃ cũ ueridicentia ostendere se ipsum tot & tam bonorum fructuum arborem fruticari. Absit tanta leuitas à nostrę fidei confessoribus. Quapropter nemo sibi uerecundiæ duxerit Historiæ quę de illo sancto Dionysio hucusq; longa per secula in ecclesia Græcorum sic legitur.

Οὗτος πλούτῳ καὶ δόξῃ καὶ συνέσει καὶ σοφίᾳ τῶν πάντων ὑπερέχων, τῶν ἐν τῷ ἀρείῳ πάγῳ βουλευτῶν εἷς ἦν, καὶ ἀγρευθεὶς ὑπὸ παύλου καὶ βαπτισθεὶς, χειροτονεῖται ἐπίσκοπος. Τὰ ἀπόρρητα μυηθεὶς ὑπὸ τοῦ σοφοῦ ἱεροθέου συγγράμματα καταλελοιπὼς πανθαύμαστα καὶ ὑψηλότατα. Et infra: Μετὰ ταῦτα καταλαβὼν τὰ ἑσπέρια μέρη ἐπὶ τῆς βασιλείας Δομετιανοῦ καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιδειξάμενος ἐν παρισίᾳ τῇ πόλει, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται. καὶ ταύτην ἰδίαις χερσὶν ὑποδεξάμενος, μέχρι

δύο μιλίων ἐϐάδισε. Id eſt. Iſte diuitiis & honore prudentia & ſapientia omnibus excellentior vnus conſulum in Areopago erat, & perſuaſus à Paulo ac baptiſatus, ordinatur epiſcopus, arcana inſtitutus à ſapiente Hierotheo, & ſcripta relinquens oīno admiranda & altiſſima. Poſtea ſortitus occidentales partes ſub regno Domitiani, & multa miracula oſtendens. In Pariſia ciuitate capite truncať, quod propriis manibus tollens propè duo miliaria profectus eſt. Accedit ad hæc philoſophiſſimus Cardinalis Beſſarion, uir græce atq; latine quondam doctiſſimus, in libro ſecundo contra Calumniatorem Platonis, ubi ſic ait. Vir ſanctiſſimus Dionyſi9 Areopagita primus & ſummus chriſtianę theologiæ autor fuit, neminemq; ante ſe habuit diuinarum rerum ſcriptorem, præter apoſtolum Paulum, & Hierotheum Athenarum pontificem, quibus ipſe p̃ceptoribus uſus eſt. Scripſit & de eo Dionyſius Archæus Corinthiorum epiſcopus, & Polycarpus in epiſtola ad Athenienſes. Et Petrus Romanæ eccleſiæ diaconus, qui eius libros affirmauit cõtineri in bibliotheca ſacra vrbis Romæ. Sed quid egemus teſtibus? Sit pro teſte uetuſtas. Hæc Laurẽtio Vallenſi, & illis ſua ætate, ut ipſe ait, quibuſdã eru

ditiſſimis græcis, ad annotationes in Acta apo ſtolorum ſuas à nobis reſponſa ſint.

AD QVAESTI ONEM IX.

DIXIT Reuchlin. Multa ſe diſſeruiſſe de cælis in arte ſua Cabaliſtica. Multa etiam antiquiorum dicta reſtare. Qua in cauſa cõtra uerſi ſunt inter ſe philoſophi & theologi. Scot9 & ſequaces in libro Sententiarum ſecundo po nunt decem cælos præter Empyreũ, Octo ſtel liferos ut ſeptem planetarum & firmamentum ſtellarum fixarum. Deinde primũ mobile q̊d mouetur unico motu, & decimum q̊d mouet̃ duobus motibus. Vltimo receſetur cælum Em pyreum, quod cum angelis, ut dicit Strabus, fu it creatum, & eſt immobile. Ex aduerſo Theo logi multa diſputant poſt Damaſcenum de ra ptu Pauli in tertium cælum. Nam ibi cælum quidam intelligũt ſpiritualiter, ut Auguſtinus. Alii tertium ordinem angelorum, ut Dionyſi9. Alii cognitionem diuinitatis uocant hoc nomi ne. Alii cælum Empyreũ, ut Lyranus. Aliquã do item cælum capitur proprie, aliquando im proprie, ut tertio Metaphyſicæ libro. Sed hæc ad Scholares diatribas.

L

AD QVAESTIONEM X.

DIXIT Reuchlin. Sanctus iste pontifex notat insipientes hæreticos, qui sua ætate fuerunt. Ex quibus post mortem suam, lex Mahometh & Turcarum pullulauit quam dicunt Alkoran, in quo inter plus mille aperta & manifesta mendacia, etiam hoc continetur, quod in Azoara decima septima legitur, q angeli se patri uestro Adæ protoplasmati humiliarent iniunxi, præceptóq meo cuncti, Beelzebub excepto, paruerunt. Deo quidem quærẽti qua de causa minime parere, inquit, qa ego factus sum ex igne, illi de terræ limo plasmato. prçualeo, inquit deus, hinc igitur ut minim9 efficiaris descende. Et infra Et de te tuisq sequacibus gehenam prorsus implebo. Hæc sunt uerba legis Saracenorum. Similiter idem παρλόγος in multis locis iterat, ut Azoara uigesima quarta, & uigesima sexta, & uigesima septima, & uigesima nona, & in aliis. Hoc autem falsum esse declarat hic sanctus Athanasius, quia propter superbiã cecidit diabolus, anteq̃ homo fieret, qui homini fuit occasio ruinç. De quo Augustinus libro nono de trinitate capite decimo quinto ubi sic ait. Malæ uolũtatis initium quid potuit esse nisi

ſuperbia. Quod ita iuniores explanant, quoniã peccatum ſuum inchoauit in amore inordinato ſui ipſius per præſumptionem quæ eſt ſpiritus ſuperbiæ. Et conſummatum fuit in ambitione, & confirmatum in inuidia dei. Ideo Lucæ decimo. Videbam Satan, dicit gloſſa, qui ſingulariter elatus erat.

AD QVAESTIONEM XI.

DIXIT Reuchlin. Imitantur hunc docti & ſancti Theologi ut Bonauẽtura in libro Sententiarum ſecundo diſtinctione uigeſima tertia dicens. Ideo deus permittit hominem tentari, ut fortiter & uiriliter agens, maiorem inde gloriam conſequatur. Scriptum eſt enim. Beatꝰ uir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ. Iacobi primo, & infra. Om̃e gaudium exiſtimate fratres, ſi in uarias tentationes incideritis. Dicit nanq; Apoſtolus prima Corinthiorum decimo capite. Fidelis deus qui non patietur uos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam in tentatione prouentum, ut poſſitis ſuſtinere. Exempla ſunt in Iob & Tobia.

AD QVAESTI ONEM XII.

DIXIT Reuchlin. Hāc quæſtionem poſt Athanaſium mouet etiam Gregorius in libro ſecundo Moralium capite tertio, & ei reſpondet capite ſeptimo. Quomodo autem diaboli aſſiſtant deo etiam cum ſanctis angelis, legatur Nicolaus de Lyra ſuper Iob capite primo. Nam largiſſimo intellectu aſſiſtere Deo putantur etiam dæmones. In cælo tamen non aſtitit tunc Satan unde deiectus eſt. Sed in terra, quod plane indicat ſcriptura. Dixit enim dominus ad Satan. Vnde uenis? qui reſpondens ait. De ſpaciando in terra, & de præambulādo in ea. Sic enim legitur hebraice, quod intelligi uult Rabi Moyſes ægyptius in libro Perplexorum tertio capite uigeſimo ſecundo his uerbis.

כלומר שוטו והתחלכו לא חיה רק בארץ Id eſt quaſi diceret, Cōuerſatio eius & deambulatio eius non erat niſi in terra. Q₇ autem inquit deum eſſe diabolo collocutū, mediante angelo fortaſſis eſt, ſicut deus per angelos ſupiores loquit̃ inferioribus. De quo theologiæ doctores penes Magiſtrū ſecundi diſtinctione nona. Et hoc appellatur à

Rabi M. Maimoni uox creata. Sic enim ait in lib. primo Perplexorum cap. ſexageſimo qnto.

כל אמירה ודבור שבאה
מיוחסת לשם· הם משני ה
העניינים האחרונים ר״ל
שהם אם כנוי על הרצון
והחפץ או כנוי על העניין
המובן מאת השם והוא א
אחד אם נודע בקול נברא
או נודע בדרך מדרכי ה
הנבואה: Id eſt. Omnis ſermo & loquela quæ uenit attribuenda deo ſunt de ſignificatis poſterioribus ſcilicet ꝙ ſunt ſiue relata ad uolũ tatem & placitum, ſeu relata ad negocium inſti tutum à deo. Et eſt idem, ſiue ſciatur per uocem creatam, ſeu ſciatur per modum de uiis prophe tiæ. Haud abſimiliter ſanctus Auguſtinus libro decimo ſexto de ciuitate dei ca. ſexto. Aut enim (inquit) ueritas incommutabilis per ſe ipſam in effabiliter loquitur, rationalis creaturæ menti- bus, aut per mutabilem creaturam, & reliqua.

AD QVAESTI ONEM XIII.

DIXIT Reuchlin. Accipitur iſte locus iuxta conſuetum ubiq;, deo permittente, de q̄ uideatur Gregorius ſecundo libro Moralium capite nono. Sæpe autem innocentes pueri à dæmone correpti leguntur interiiſſe. quod intelligitur ideo fieri, deo permittente, ut manifeſte nos ętate prouecta homines cogitemus huius mundi miſeriam, teſte Auguſtino. Sed non facile, non crebro, non modo conſueto. Nam uſu & frequentatione hoc regulare eſt quod S. Athana. hic docuit. Et Hermes Triſmegiſt9

εὐσεβῆ γὰρ ἄνδρα οὔτε δαίμων κακὸς οὔτε εἱμαρμένη κρατεῖ

Id eſt. Religioſum enim uirum, inquit, nec dæmon malus nec fatum tenet. Huic aſſentit Origenes contra Celſum libro ſexto & ſeptimo. Quod ſatis ĩnoteſcit per Iob qui fuit homo ſimplex, rectus & timẽs deum. At uero tametſi deus in eum poteſtatem diabolo tradidiſſet, & in uniuerſa quæ habebat, tamen expreſſis uerbis ſignificabatur, ꝙ nullam habiturus eſſet poteſtatem ſuper uitã ipſius. Dixit igitur Deus. Veruntamen animam illius ſerua, quod explanat Rabi Moyſes Maimoni ſic. כלומר

שלא נתן לו רשות עליה:

.i. quaſi diceret, ꝙ nõ dederit ei facultatẽ ſupꝑ eã

AD QVAESTIONEM XIIII.

DIXIT Reuchlin. Hic sanctus recitat exorcistarum dicta de fugandis Dæmoniis. Et fortasse illis hoc contigit ex causa occulta & opere operante. Non potest autem in uniuersum absoluto sermone responderi per quę uerba diabolus magis fugiat. Scribit enim sanctus martyr Cyprianus in libro Q; idola dii nõ sint. Q; dæmones adiurati per Deum uerum, nobis statim cedunt & fatentur, & de obsessis corporibus exire cogũtur. Videas, inquit, illos nostra uoce & oratione occulte flagellis cędi, igne torqueri, incremento pœnæ propagantis extẽdi, eiulare, gemere, deprecari. Et uel exiliunt statim, uel euanescunt gradatim, pro ut fides patientis adiuuat, aut gratia curãtis aspirat. Eodem modo idem ad Demetrianum. Ecce quantũ facit et fides patientis, & gratia curãtis. Credimus autem ei qui dixit, In nomine meo dæmonia eiicient. Quod explanat ille clarissimus Origenes in libro primo contra Celsum, cum ait. Nominis Iesu nuncupationem spectatum persæpe est, cum ex hominum animis tum è corporibus ĩnumeros dęmones eiecisse. & in iis uim maximam exercuisse à quibus dæmones fuis-

sent excussi. Aliqua de hoc reperiuntur in libris nostris de Verbo Mirifico, & de arte Cabalistica.

AD QVAESTIONEM XV.

DIXIT Reuchlin. Sanctum Athanasium hac in causa foeliciter imitati sunt iuniores Theologi. Nam illud idem notat Gerson in tractatu de Exercitiis secretis deuotorum, ubi ait. Quando cogitatio huiusmodi turpis & horrenda occurrerit, nō propterea terreatur nimium nec tristetur persona deuota, neq credat se ꝓpter talem à deo derelictum, quātumcunq uideantur blasphemiae esse contra Dei uel alicuius sancti honorem, aut contra fidem. Sed maiorem fiduciam inde accipiat, ꝙ ipse ad deum pertineat dicendo corde aut ore Domine deus meus &c. Et adducit hoc Athanasii remediū, quod quidam pater antiquus docuit Iuuenem multis annis turpi cogitatione uexatum ut diceret Tibi & super te inimice nequam sit hęc tua blasphemia, ego nihil in ea habere uolo, sed dominum deum meum ego adoro & ueneror, in ipsumq credo. Hęc ille. Nam ut Damascen9 inquit in libro secundo capite quarto. Diabol9

non poteſt. Legite ad hoc notatu dignas Bonauenturæ duas regulas, quas tradit in ſecundo Sententiarum diſtinctione octaua.

AD QVAESTIONEM XVI.

DIXIT Reuchlin. In hoc ſermone Athanaſii de Animæ humanæ ortu, cum ſit parabolicus, non eſt in fiendo hinc inde omnimoda ſimilitudo. Clarius autem id quod nos ſeq̄mur Auguſtinus explicat in libro de eccleſiaſticis dogmatibus capite tredecimo, & decimo ſeptimo. Dicimus enim, inquit, corpus coniugii copula ſeminari, creationem uero animę ſolum creatorem noſſe, quia corpore perfecte organizato, deus animam creat & infundit.

AD QVAESTIONEM XVII.

DIXIT Reuchlin. In omni ætate & in omni natione, illorum eſt exploſa ſententia qui dixerunt animam humanam cum corpore mori. Quod crediderunt quidam etiam literatiſſimi uiri, ut Zadokæi apud Hebręos, & Epicurei apud Græcos. Et ipſe Plynius apud latinos, ſuiq́ꝫ cōplices & ſodales, ait enim in libro

Naturalis historiæ septimo, capite quinquagesimo quinto, inter cætera de immortalitate disputans. Puerilium ista deliramentorum, auidæq; nunquam desinere mortalitatis, commenta sunt, & reliqua. Et Epicurus in libro cui titulus est μεγάλη ἐπιθυμὴ scribit, ὅθ' οἱ λέγοντες ἀσώματον εἶναι τὴν ψυχὴν ματαΐζουσιν Id est. quod qui dicunt incorpoream esse animam, insaniunt. Sed hi omnes habiti sunt perfidi hæretici. Sic Rabi Iuda Leuita ī libro Alcozer, tractatu tertio de his scribit צרוק וביתוס שחין שורש למינים ובהם נקראים חצרוקים והביתוסים : Id est. Zádock & Bethus qui fuerunt radix hęreticorum, & per hos nominati sunt Zadokæi & Bethusæi hęretici. Nos autem certius philosophamur diuina reuelatione illuminati, Matthæi uigesimo secundo, & decimo, & Lucæ duodecimo, & decimo septimo, & de patrum ac apostolorum symbolo. Et Psalmo trigesimo tertio. Iusti autem in perpetuum uiuunt. Et Ecclesiastes ait capite duodecimo. Ibit homo in domum æthernitatis suæ, & sic de innumerabilibus scripturis aliis.

AD QVAESTIONEM XXVIII.

DIXIT Reuchlin. Hic sermo de reclusa ceu quatuor parietibus anima parabolicus est. Solebant enim prisci de rebus inuisibilibus ænigmatice loqui, quapropter aiebant corpus animæ uinculum esse, & uiuētis hominis δέμας quasi δέμνιον δεσμοῖο id est vincti cubile Et mortui σῶμα quasi σῆμα id est monumentum siue sepulchrum appellabant. Huius moris loquendi Homerus primus autor fuit, qui animam etiam auolasse dixit è corpore. De quo uide Plutarchum in uita Homeri.

AD QVAESTIONEM XIX.

DIXIT Reuchlin. Ex Paganis & Idololatris quidam putauerunt animam humanā post mortem cessare, ut supra commemorati Hebræorum Zadokæi, & Græcorum Epicurei. Alii crediderūt eam post mortem esse permansuram. Et ex horum numero partim dixerunt hominis animam post mortem ad inferos descendere, id est in locum tenebrarum, quem ᾅδην hoc est sine uisu appellant, ubi nihil cernūt

necq̃ cognoſcitur. Ita Homerus de generoſis bellatoribus in pugna Troianorum mortuis, ait Iliador ſeptimo. πολλοὶ γὰρ τεθνᾶσι καρηκομόωντες ἀχαιοὶ. Et ſequitur ψυχαὶ δ' ἄϊδός δε κατῆλθον Id eſt. Multi enim mortui ſunt comati achiui, Animæ autem ad infernum deſcenderunt. At non eſſe eo in loco inferorum has pœnas tales ac tantas crediderunt, de quibus tam poetæ ueteres q̃ noui Theologi mẽtionem faciunt. Sed fingi ſolum ad hominum utilitatem, ut metu ꝑculſi abſtineant à uitiis, uirtutiq̃ incumbant, ut ſcribit Timæus Locrus in libro de Anima mũdi & natura. Cæteri autem aſſeruerunt animã humanam poſt interitum, mox ad cælos aſcendere, idq̃ à diuinis ſe oraculis edoctos eſſe aiebant. Quærenti enim quondã de animæ humanæ ſtatu poſt mortem, Apollo ſic reſpondit.

ψυχὴ μέχρι μὲν οὖ δεσμοῖς πρὸσ σῶμα κρατεῖται
φθαρτὸν, ἐοῦσ' ἀπαθὴσ, τοῖσ τοῦ δ' ἀλγηδόσιν εἴκει.
ἡνίκα δ' αὖτε, λύσιν βροτέην μετὰ σῶμα μαρανθὲν
ὠκίστην εὕρῃτ' ἐς αἰθέρα πᾶσα φορεῖται
αἰὲν ἀγήραοσ οὖσα. μένει δὲσ' πάμπαν ἀτειρὴς
τοῦτο δὲ πρωτόγονος θεία διέταξε προνοία. Id eſt

Anima quidẽ uſq̃ quo uinculis ad corpꝰ tenet̃ corruptibile, exñs ĩpaſſibil', eiꝰdẽ doloribꝰ cedit Qñ aũt ſolutionẽ humanã poſt corpꝰ tabefactũ velociſſimam inuenit, ad æthera omnis fertur.

Sp ĩsenescibilis existẽs, manet aũt oĩno ĩdomita Hoc aũt primiparẽs diuina ordĩauit ꝓuidẽtia.

In ultimis uero temporibus aduenit euangelicæ maiestatis splendor, præsentem nobis adnuncians uerum Messiham IESVM Christum, qui omnem illuminat hominem uenientem in hunc mundum, ille nobis ostendit irrefragabilem hac in re ueritatem. Parabolice per mendicum & diuitem, indicans iusti & peccatoris è uita discessum, cum ait. Factũ est ut moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Lucæ decimo sexto. Quid autem sit sinus Abrahæ declarauit, ꝙ sit regnum dei. Lucæ tredecimo. cum Videritis Abrahã & Ishac & Iacob & omnes prophetas in regno dei. Et hoc est regnum cælorum. Mathæi octauo. Dico autem uobis, ꝙ multi ab oriente & occidente uenient, & recumbent cum Abraham & Ishac & Iacob in regno cælorum. Palàm etiam & clare loquitur Christus Iohannis decimo cum ait. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequunt̃ me, et ego uitam æthernam do eis. Et eiusdem tertio Qui autem nõ credit iam iudicatus est, quia nõ credit in nomen unigeniti filii dei. Hæc est igit̃

nunc fides catholica, ut qui bona egerint in uitam ituri sint æthernam, qui uero mala in ignē æthernum. Hanc gentilium sapientes crediderunt, Socrates nanq; ita censebat & locutus est duas esse uias, duplicesq; cursus animorū è corpore excedentiū. Nā q se humanis uitiis contaminassent, & se totos libidinibus dedidissent, qbus cęcati uelut domesticis uitiis atq; flagiciis se inqnassent, uel in R. P. uiolanda fraudes inexpiabiles concepissent, iis deuiū quoddam iter esse seclusum à concilio deorum. Qui autem se integros castosq; seruauissent, quibusq; fuisset minima cum corporibus contagio, seseq; ab his semper seuocauissent, essentq; in corporibus humanis uitā imitati deorum, his ad illos à quibus essent profecti reditum facilem patere. Verba sunt M. T. Ciceronis in libro Quæstionum Tusculanarum primo. Et Virg. vi. æneid.

Hic locus est partes ubi se uia findit in ambas
Hac iter Elysium nobis. at læua malorum
Exercet pœnas, & ad impia Tartara mittit.

Cato itaq; apud Ciceronem de Senectute ait. Q sí in hoc erro, q animas hominum immortales esse credam, libenter erro, nec mihi hunc errorem quo delector dū uiuo extorqueri uolo. Hæc ille. Sic Ethnici & Idololatræ sapientis-

ſimi crediderunt. Sed & haud ſecus & Saraceni & Arabes. Legitur enim in lege Thurcarū Azoara ſecunda. Omnis peccator culpæ culpas accumulans, igne perenniter comburetur, uelut omnis Deum timens, bonorum proſecutor operum paradiſi gaudiis ætherni fruetur. Hæc Mahometh. Conſimiliter Iudæi aſſerunt poſt mortem retribui præmium uirtuti, Ganeden, & pœnam uitiis Gehenam. De quo grauiter & docte ſcripſit Rabi Ioſeph Salemitanus in Horto nucis, & eiuſdem libri titulo

מרורי גיהנם׃

AD QVAESTIONEM XX.

DIXIT Reuchlin. Recte nobis tradiderūt celeberrimi in Theologia doctores noſtri humanarum animarum tres eſſe ſtatus. Prim9 eſt in corpore corruptibili: Secundus in requie Tertius in beatitudine conſummata. Quod & Iudæi fatentur, dicunt enim, uiri boni animam intellectiuam ſuas uires intendere in amorem Dei, vſque dum appropinquauerit morti.

וישאר השכל ההוא אחר
כן לנצח על·עניין אחר·כי

כבר הוסר המונע אשר היה
מבדיל בינו ובין מושכלו
ויעמוד בהנאה הגדולה
ההיא אשר אינה ממין ה
הנאת הגות: Id est. Et tunc remane-
bit intellectus ille postea in æthernũ apud ens vnum, eo ꝙ iam ablatum est impedimentum quod fuit interstitium inter ipsum & inter intelligibile suum, & perstabit in delectatione magna, ea quæ non est de genere delectationis corporalis, ut scribit Rabi Moyses Maimoni capite quinquagesimo quinto libri tertii Perplexorum. Igitur cõfessi iam sunt Iudæi duos illos status. Primum in corpore, ubi animus exercitat̃ in contemplatione summarum et diuinarum rerum. Secundum in requie, ubi intellectus satiatur in suo intelligibili cum suo particulari gaudio & fruitione separata. Tertius status ab illis q̊q; creditur, cũ dicant ita וכן נפשות
החשובים הם לפי דעתנו
נבראים לא יעדרו כלל ש
שגופותיהם גם כן יהיו מ

מעונגים תמיד לנצח נצחים

Id est. Et sic animæ reputatorum ac honorabilium, eę secundum nostram opinionem createę, non priuabuntur omnino, quorum corpora etiam erunt delectantia perpetuo in secula seculorum. Hæc ita scribuntur capite uigesimo septimo libri secundi Perplexorũ. Ecce beatitudinem animarũ unione corporis ultimo consummatam, de qua noster Athanasius hic loquitur. Et ita etiam intelligitur de malorum pœna, scilicet tam particulari q̃ communi. Ad q̊uod conducit id de quo sanctus Dionysius Areopagita mentionem fecit in libro de Ecclesiastica hierarchia capite septimo, in Theoria, ubi ait sic. Εἰ μὲν ἐν ψυχῇ καὶ σώματι τὴν θεοφιλῆ ζωὴν ὁ κεκοιμημένος ἐβίω, τίμιον ἔσται μετὰ τῆς ὁσίας ψυχῆς καὶ τὸ συναθλῆσαν αὐτῇ σῶμα κατὰ τοὺς ἱδροὺς ἱδρῶτας. ἔνθεν ἡ θεία δικαιοσύνη μετὰ τοῦ σφετέρου σώματος αὐτῇ δωρεῖται τὰς ἀμοιβαίας λήξεις ὡς ὁμοπορεύτῳ καὶ συμμετόχῳ τῆς ὁσίας ἢ τῆς ἐναντίας ζωῆς. Id est. Si enim in anima & corpore diuinam uirtutem obdormiens uixerit, honorabile erit cũ sancta anima, etiam q̃d collaborauerat ei corpus per sacros sudores. Hinc diuina iusticia, cum suo corpore illi largit̃ mutuas retributionis sortes, ut coambuloni seu comiti atq; comparticipi sanctæ aut contrariæ

uitæ. Hęc Dionysius ille philosophus & Areopagita id est Iurisconsultus. Igitur animæ iustorum exutæ, quanquam sint beatæ ante diem iudicii, eo ꝙ uideant essentiam diuinam, tamen non carent omni desyderio habendi maiorem lætitiam, & quidem consummatam, quam recipiant post iudicium. Et hæc uidetur Athanasii nostri fuisse sententia.

AD QVAESTIONEM XXI.

DIXIT Reuchlin. Cum sancto Athanasio senserunt antiqui uere Theologi, ut Chrysostomus & similes, ꝙ pręsens sermo de diuite ac Lazaro similitudinarie dictus sit in parabola. Iuniores tamen quàmplurimi contentiosæ Theologiæ professores, rem esse gestam syllogissant. De uisione autem id quod profert hic Sãctus intelligendum est, quoniam existentes in gehenam, nõ possunt uidere iustos in regno uisione sensitiua aut cognitione intellectuali intuitiua naturali. Aliter autem de abstractiua, & quę fit per reuelationem aut manifestationem. Cuius doctrinæ gustum, sensisse uidetur quondam Homerus ille cæcus omnia uidens, qui de cognitiõe sensitiua & naturali vndecimo libro

Odyssex sic dicit. ἀλλ' αὕτη δίκη ἐστὶ βροτῶν ὅτε κεν τεθνήωσιν. Ου γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν Id est. Sed hoc ius est mortalium quando moriuntur. Non enim amplius carnẽ & ossa nerui habent. Apparuit autem Vlyssi eodem in libro matris suę defunctę aĩa prope astans, & eũ nec cognouit, nec allocuta est, quantisper ipse euaginato gladio umbras à sacrificii sanguine prohibuerat. Sed mox atq; de illo sacrificio suadente Tiresia mater libauerat, cognouit filium & lachrymans allocuta est, quare sic ait ἤλυθε καὶ πίεν αἷμα κελαινεφὲς αὐτίκα δ' ἔγνω. Id est Venit & bibit sanguinem nebulonigrum, statimq; cognouit. Hoc ille. Quo insinuatur, defunctorum cognitio abstractiua ex concessione. Introducit præterea Homerus ibi Tiresię uatis animam, quę nondum libato sanguine ac durante adhuc gladii euaginati prohibitione, nihilominus tamen agnouit Vlyssem, & eum allocutus est. Per quod nobis describitur cognitio quæ fit per reuelationem aut manifestationem, quæ uatibus solet diuinitus ostendi. Vnde Tiresias cognominatus erat μάντις ἀμύμων id est vaticinator irreprehensibilis.

AD QVAESTIONEM XXII.

DIXIT Reuchlin. At nec hic apud nos se se intuitiue cognouerunt, multo minus alibi, cum ea scilicet conditione quæ est attinentia uel familiaritas, quę hic fuit in sensu cognita aut opinata. Quod autem sanctus Athanasius deum asserit iustorum animabus cognitionem dono dedisse, nos isto loquendi more utimur dicentes, quod ipsæ cognoscant in uerbo & in genere proprio, Deo autore. Sic enim Beatus Gregorius Quid non uident? qui uidentem omnia uident. Et hoc intelligitur de his quæ ad beatitudinem suam requiruntur.

AD QVAESTIONEM XXIII. ET XXIIII.

DIXIT Reuchlin. Resurgemus quidem pro sententia nostri Athanasii ad imaginem similem Adę imagini, non tamen sub omnimoda similitudine, nec ita præcisa quantitate aut figura. Sed unusquisque pro debita & conuenienti commensuratione, qua forte uel in iuuentute ipse fuerat circiter annum tricesimum tertium, aut futurus fuisset nisi ante obiisset, ut & creditur Adam fuisse quando iam creatus erat, uir iuuenis ualidus, nec ultra nec infra iuuenilem for

mam,ut qui sit typus & forma futuri. Vide cō-
similem explanationem sancti Augustini in li-
bro uigesimo secundo de ciuitate dei,capite de
cimo quinto. Qꝫ autem dicit non fore in resur
rectione discretionem superficierum hic desig
natarū,uult intelligi sic,non ꝙ desinant illa cor
pora esse colorata,aut figurata,uel formata, cū
erunt composita & mista. Sed ꝙ corpora bea
torum habebunt tantam claritatem,quæ ex do
tibus una quoqꝫ erit,per quam uideantur ádeo
clara ut excedāt omnem colorem & superficiei
uarietatem. Non tamen resoluentur nec euacu
abuntur colores aut formæ, atqꝫ cætera simul
cum corruptione, quantum in se ipsis, sed tan-
tum quoad imperfectionem,ita sentire nobis
uisus est sanctus Athanasius.

AD QVAESTIO NEM XXV.

DIXIT Reuchlin. Non permittent̃ repro
bi passim atqꝫ libere consyderare quæ uo
lunt,& multo minus post extremum iudicium,
propter acerbitatem pœnarum,tamen possent
forte aliás abstractiue cognoscere illa quæ pri
us hic cognouerunt etiam per sensum. et de no
uo quoqꝫ aliquid incipere cognoscere per ma-

nifestationem aliorum aut per reuelationem, secundum Augustinum. Cum igitur respondet Sanctus ad quæstionem dicens. Nequaquam illud debet intelligi de lege comuni, & quo ad ea quæ prius hic non nouerunt. Nam de aliis uide Augustinum in libro de agenda cura pro mortuis, cuius hac in re sententia est canonizata in Decretis xiii. q. ii. in Canone fatendum

AD QVAESTIONEM XXVI.

DIXIT Reuchlin. Hæc Athanasii doctrīa sic intelligitur, ꝙ uisiones in templis & monumentis animarum non semper sunt animæ, sed aliquando angeli. Nam iuxta sancti Hieronymi contra Vigilantium opinionem, possunt animæ beatorum cum uoluerint, deo permittē te, tumulis suis esse præsentes, & sic etiam aliqñ apparere, ex causis specialibus nobis ignotis. Sicut Moyses secundum Augustinum de limbo patrum iuit ad montem Thabor, & tandem rediit illuc peracta transfiguratione. Quomodo autem & ad quid contingat, animas quandoq; apparere, uideatur sanctus Thomas in prima parte summæ. Et ꝙ angelus non possit esse simul & semel in pluribus locis. quod uerū est

uirtute propria,hoc enim soli deo conuenit. Recte autem dicuntur intellectuales uirtutes desererere glorificationem dei quæ in cælis fit quando in terram mittuntur,quia tunc deum nō laudant in cælo. Dicit enim Damascenus libro secundo, q angeli in terram missi iam non remanent in cælo,licet secundum Lyranum semper deo inhæreāt,per apertam uisionem,ut legitur Matthæi decimo octauo.

AD QVAESTIONEM XXVII.

DIXIT Reuchlin. Quidam arbitrati sunt q angeli & animæ sint eiusdem naturę,ut recitat Thomas in prima parte summæ,quæstione quinquagesima,articulo quarto. Sed Augustino teste,Natura angelica excellit animam intellectiuam. Scribit enim in lib. vndecimo de ciuitate Dei,capite decimoquinto, q angelica natura cætera omnia quæ Deus condidit naturæ dignitate præcellit. Legitur nanq in euangelio Matthæi vndecimo. Qui minor est in regno cælorum, maior est Iohanne Baptista, quo inter natos mulierum non surrexit maior.

AD QVAESTIONEM XXVIII.

DIXIT Reuchlin. Sermones Iohannis & Apostoli huc citati, debēt accipi altero isto rum modorum, uidelicet, ꝙ Deum hic nemo uidet, regulariter, nec uidebit, lege comuni, aut mansiue ac permanenter, propter Paulum & Moysen, qui secundum Augustinum deum ui derunt raptim. Et probabiliter potest credi de beata Virgine, ut Gerson opinatur. Vel accipi tur uidere, pro comprehendere proprie, uel ui sione sensitiua, uel uita animali. Sed ꝙ deus pro phetis apparuit figuratus, uide Augustinum in secundo de Trinitate. Et Magistrum in libro Sententiarum secundo, distinctione octaua, et beatum Thomam in prima parte summæ, quę stione lxxxix. Et quoniam hic gloriæ dei fit mē tio, accipitur Gloria, pro eo quod repræsentat Deum, & est signum quoddam diuinæ præsen tiæ, ut exponitur Exodi decimo sexto, & uicesi mo quarto. Cæterū de beatissima uirgine Ma ria, quomodo uiderit angelum, uide beatū Tho mam in tertia parte summæ, quæstione trigesi ma, articulo secundo, Vbi uult, ꝙ ipsa uiderit eum uisione intellectuali per illuminationem, & etiam uisione corporali in specie assumpta. Non autem uiderit substantiā angeli intuitiue, Hæc Thomas. At si uidit Deum intuitiue, ut

Gerſon opinatur. potuit ſic etiam angelum ui dere, quod ille Magnus in Theologia doctor Iohannes Chryſoſtomus in panegyrico de Angelis primo, affirmat his uerbis. μόνη γὰρ ἡ ἁγία θεοτόκος φύσιν ἀγγελικὴν ὡς ἐστι καὶ ὡς γέγονεν ἰδεῖν ἠδυνήθη Id eſt. Sola enim ſancta dei Genitrix naturam angelicã ut eſt & ut fuit uidere poterat. Et paulo inferius ſic ait, ὡς ἰδὼν ὃ ἄλλη οὐκ ἐδέξατο φύσις. Id eſt, tanquam uidens quod alia non percepit natura. Hæc ille, per quod affirmat Athanaſii noſtri ſententiam.

AD QVAESTIONEM XXIX.

DIXIT Reuchlin. Iam uolui hoc uocabulum ζωερ & ſcribere per accentum acutum in ultima, & transferre uiuum ſeu uiuens. Cui ſe opponebat eximius in Theologia pręceptor & eruditor meus, uir egregius, Sacrarum literarum & Iuris Doctor IACOBVS Lempus, Generalis ſtudii Tubingenſis Gymnaſiarcha, & Cathedræ Magiſtratum gerens, à quo mihi Theologicarum cognitionum maior pars contigit. Is ſanè arguebat hanc animæ diffinitionẽ non fore ſtabilem & ſolidam, ſi dicerem cum Athanaſio ἄγγελός ἐστι, ζῶον. λογικὸν. ὑμνολογικόν.

O

ἀθάνατον Vertendo ζῶον uiuum. Sic enim conueniret, inquit, animæ rationali, quę certe & uiuit & cæteras differentias complectitur. Iccirco ne mētem & sententiam Athanasii alioqui peruerterem, resolui uiuens, in suppositum uiuum, per quod uolo intelligi personam uel aliquid subsistens suppositaliter. De hoc uideatur Magister in libro secundo, distinctione tertia. Solet autē ab aliis scribi ζῶον penultima circunflexa, ut significet animal, quasi angelus sit animal, quomodo aliqui diffiniunt Deum animal sempiternū optimum, libro undecimo Metaphysicę Aristotelis, quibus nondum uolo esse assensus.

AD QVAESTIONEM XXXI.

DIXIT Reuchlin. Scrutare scripturas, & omnia reperies Athanasio consentanea. Nā de hymno & laude scribit Psal. cētesimo secundo, & Isaiæ sexto, & Apocalypseos quarto, & in Decretis de consecratiōe distinctione prima in Canone Hi duo. Et Magister in secūdo Sententiarum, distinctione prima, ubi quærit, ad quid sit rationalis creatura creata. De oratione, doctores post Magistrum in quarto, & Nicolaus de Lyra sup̱ Iob capite tricesimo tertio,

ibi. Si fuerit pro eo angelus loquens. De Mili
tia cæleſti Lucæ ſecundo. De ordine doctrina
li, Danielis decimo in fine cap. iuncto ſequenti.
De ordine tutelari Danielis decimo, & Tobiæ
duodecimo. De ordine procuratorio Eccleſia-
ſtici decimo ſexto circa finem, & ibi Lyranus.
De ordine Miniſteriali ſanctus Paulus ad He-
bræos primo. Nonne omnes ſunt adminiſtra-
torii ſpiritus, miſſi propter eos qui hæreditatẽ
capiunt ſalutis. De ordine auxiliari Iſaiæ triceſi
mo ſeptimo circa finem. De ordine animarũ
receptiuo. Lucæ decimo ſexto. De ordine in
aliis aſſiſtentium, Zachariæ quarto. De cæte-
ris uide ſanctum Dionyſium in Cæleſti hierar
chia, & Bonauenturam in ſecundo Sententiarũ
diſtinctione vndecima, & ſanctum Auguſtinũ
in ſermone ad Heremitas. Vnde orat eccleſia,
Deus qui miro ordine angelorum miniſteria,
hominumq; diſpenſas, & reliqua.

AD QVAESTIO NEM XXXII.

DIXIT Reuchlin. Cõſtat nobis fidelibus
ꝙ animę beatæ memores ſint noſtri, etiam
orãtes, & pro ſalute noſtra curam habentes, &
oppoſitum eius eſt error. De quo ſanctus Hie

ronymus contra Vigilantium,& ita habet usus ecclesię, quod oramus sanctos ut Deum orent pro nobis. Animę uero damnatorum quamuis per se circa nihil aliud uersari possunt, quod eis aliquantulum pœnam remoretur aut leuet, tamē memores eorum esse possunt quæ hic nouerunt, si eis à Deo permittatur, dummodo id sit in augmentum pœnæ, & habere possunt curā de statu suorum, etiam quæ ignorant. Sed illa cura non tendit ad bonum uiuentium, nec ex amore bono progreditur. & ita curauit diues sepultus in inferno, secundum eos qui dicunt rem fuisse gestam, ita Gregorius, Augustinus, Thomas, & cæteri concordes.

AD QVAESTIONEM XXXIII.

DIXIT Reuchlin. Quibusdam philosophiæ imperitis facta est hæc quæstio, qui Athanasii ætate uixerūt, putantes animam exutam realiter sentire, uidere, audire, & cætera. Sicut tempore Aristotelis fuerunt qui dicerēt animam secūdum se ipsam tristari, gaudere, misereri, addiscere, amare, odisse, confidere, timere, sperare, irasci & sentire. Quibus idem respōdit in primo libro de Anima, quod dicere animam

irasci, erit simile ac si diceretur anima texere uel
ædificare. Et ideo rectius atque melius sit non di
cere animã ipsam misereri addiscere aut ratio-
cinari, sed potius ita dicere, ipsum hominẽ hæc
facere per animam. Vbi operationes illas ostẽ
dit fieri uel ab anima uel ad animam non aliter
nisi secundum quod coniungitur corpori organi-
zato, quod cum corrumpitur, cessabit illa ope
ratio, quæ oritur à uirtute comunicante corpo
ri, uel quę ab organo corporeo dependet. qua
re concludit, quod eo corrupto, neque reminiscitur
neque amat anima, non enim illius erat hoc, sed
comunis. Hæc sunt Aristotelis uerba. Sed Ma
hometistæ sapientes ita sentiunt, quod operatiões
animæ coniuncto corpori comunes, imprimũt
in eam pro maiore uel minore intensione uel re
missione usus & exercitii characterem qui de-
pingitur in eam, quo fortiter impresso utitur
anima exuta ad consimiles operationes quæ in
uita non sunt deletæ. Et ita secundum Arabes
& Mahometistas, corrupto corpore uel orga-
no seu instrumento corporeo non cessabit ope
ratio, sed remanebunt concupiscentiæ & affe-
ctiões priores, & cõsimiles dispositiões. Quod
ostendit Algazel in libro de scientia diuina, tra
ctatu tertio & quinto. Ad quod alludit doctis-

ſimus poetarum Virgilius in vi. libro æneidos tum de animabus exutis ita ſcribit. Quę gratia curruum armorumq́ꝫ fuit uiuis. quæ cura nitẽtes paſcere equos, eadem ſequitur tellure repoſtos. Illis ergo qui putauerunt animã poſt mortem hominis, ſenſitiue operari aliqua opera. Reſpondit S. Athanaſius ꝙ hoc modo nõ operantur neq́ꝫ bonum neq́ꝫ malum, hoc eſt neq́ꝫ meritorium neq́ꝫ demeritorium, ſeu magis latine commeritorium, aut ꝙ ea operatio dependeat ab aliquo corporeo. Verum autem eſt ꝙ animæ beatorum poſt mortem illuminatę per angelos uident Deum, & eo ſic fruuntur, & pro nobis orant, quæ ſunt operationes bonæ. Sed animæ damnatorum nullum bonum meritorium peragunt, nec malum demeritorium per quod ulteriorem pœnam commereantur.

AD QVAESTIONEM XXXIIII.

DIXIT Reuchlin. Hæc eſt materia capituli. cum Marthæ. in fine. extra. de celebratione miſſarum. ita ꝙ opera noſtra bona pro animabus in purgatorio facta, ſint mediocriter bonis expiationes, & mediocriter malis propiciationes. Vide doctores ſcribẽtes ſuper idem

capitulum, & Augustinum de cura pro mortuis agenda.

AD QVAESTIONEM XXXV.

DIXIT Reüchlin. Quod beatus Thomas in libro quatuor Euangelistarũ recitet Chrysostomum cõsimiliter loquentem, addatq; causas alias. Si crebro resurgerent mortui contemneretur, sin raro, paucis proficeret. Scimus enim Lazarum domini potestate resuscitatum à mortuis, & tamen Iudæi non crediderunt, sed utrunq; occidere uoluerũt. Ioannis xi. Et multi cum Christo resurrexerunt, & complures per apostolos atq; alios sanctos resuscitati sunt. Sed ob hoc neq; tunc Iudæi, neq; nunc mali Christiani uitam suam emendarunt.

AD QVAESTIONEM XXXVI.

DIXIT Reuchlin. Vidimus quod se conformet sanctus Athanasius euangelicæ ueritati. Ait enim dominus noster IHESVS Christus Lucæ xii. Quod si dixerit seruus ille in corde suo, moram facit dominus meus uenire. Et cœpit edere & bibere & inebriari, & reliqua.

AD QVAESTIO NEM XXXVII.

DIXIT Reuchlin. Tres rationes ponit Iohannes Damascenus libro iiii. ca. v. Et quod Messiha ille dominus noster nominatus est oriens. Zachariæ iii. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem. Et eiusdem cap. vi. Hæc ait dominus exercituum, dicens. Ecce uir oriēs nomen eius.

AD QVAESTIO NEM XXXVIII.

DIXIT Reuchlin, De hoc quoque loquitur Damascenus lib. iiii. Veritate apparente inutilis figura & umbra, quare superuacanea nunc circuncisio, & contraria sacro baptismati. Nam qui circuncidit obligatur totam legē obseruare. Dominus autem ut impleret legem circuncisus est, & omnē legem atque sabbatum seruauit, ut impleret & sisteret legem. Ex quo autem baptizatus est & spiritus sanctus hominibus in similitudine columbæ apparuit, descendens super eum in Iordane, ex tunc spiritualis cultus & conuersatio & cælorum regnum prædicata sunt. Hæc ille. Impleuit autem Christus legem uete

rem,aliqua ad literam obſeruando,aliqua im-
perfecta tradita perficiendo,& demum aliqua
adimpleuit ſcilicet loco figurę figuratũ ponẽdo

AD QVAESTIO NEM XXXIX.

DIXIT Reuchlin. Videt Athanaſius hic
loqui de cruce & aliis ex alia materia factis
q̃ quæ ſacroſanctum corpus Chriſti tetigerũt.
Hodie em̃ lãceæ & clauorum feſtũ certis indul
gẽtiis dotatum in quibuſdam eccleſiis celebrat.
Et circa hoc lati9 ſcripſit,& admodum egregie
Damaſcenus lib. iiii.ca.xii. Et Gerſon poſt alios
doctores eleganter de hoc ſcribit in parte tertia
in tractatu ſup Magnificat,ubi inter cętera ait.
Nolo putauerit aliquis lignum crucis pro ut li
gnum eſt,adorandum. ſicut nec eſt ens diuinũ
& ſummum q̃ ſit fruendum,& q̃d ſit ſuper oĩa
diligendum. Sciunt hæc fideles, ſciunt philo-
ſophi oẽs. Nihil habet diuinitatis,etiam in q̃ pe
pẽdit Dominus. Sed in cruce tanq̃ in ſigno ſuo
ſit fides noſtra ad dñm noſtrum IHESVM
Chriſtum,deum uerum, qui ſalutem noſtram
operatus eſt in ea. Sic de imaginum ueneratio
ne uetus habet doctorum determinatio. Et ſic
per figuram,ſignũ accipit pro ſignato,ut nomẽ

pro noīato, & imago pro Imaginato. Dices forsitan, Asinus cui Christus insedit cur non adorat. Respondebo &c. & infra. Denicp uitamus scandalum uel irrisionem infidelium aut simplicium, si coleret etiā asinus sicut crux colit, non enī æque faciliter honorem referrent ad prototypum, id est ad signatum Christū, nec ad redemptionis nostræ mysteriū, quemadmodum fit de cruce. Crux humilis mox ut in memoriā uenerit, animæ fidelis cogitatu uel sensu qd aliud significat? q̄ dn̄m nostrum IESVM Christum, in q̄ est salus uita & resurrectio nostra, p quem saluati & liberati sumus. Hæc ille cū aliis multis. Cæterū in Decretis est ordinaria glossa canonis Crucis, de Consec. dist. iii. quæ sic ait, Queri potest quare festum Crucis celebremus in qua dominus fuit dehonestatus, & non festū asinæ in qua fuit honoratus. Dicimus cp laus exhibita dn̄o in asina, fuit mundana de qua nō est curandū, sed in cruce facta fuit nostra redēptio. Et hæc est Athanasii doctrina cp crucem non aliter nisi ut signū ueneramur. Et hoc uerū est, quia crux est signū dei uiui. Quod S. Hippolytus papa in cōmentariis sup Apocalypsim cap. vii. notauit circa uerbū scripturæ ubi legit Et uidi alterum angelum ascendentem ab ortu

ſolis habentem ſignum dei uiui. τ σφραγῖδος τ ζωοποιοῦ σταυροῦ. i. Signi uiuificantis crucis.

AD QVAESTIONEM XL.

DIXIT Reuchlin, Primum hoc ſignum apud quẽlibet q̃maxime ualet. Et eſt ſeptimum fundamentum inter octo, q̃ ponit Scot⁹ in prologo primi, per q̃ certitudo fidei noſtræ perſuadet̃. Legit̃ etiã Actuũ v. Si ex hoĩbus eſt diſſoluet̃, ſin aũt ex deo, diſſolui non poteſt. Aſſentit̃ S. Athanaſio beatus Bernhardus in ſermone ad fratres de monte cum ſic ait. Licet magna miracula dñs geſſerit in terris, hoc tñ ſup oĩa emicuit & cętera illuſtrauit, q͂ in paucis ſimplicibus hoĩbus totum mundum ſic ſubiugauit.

AD QVAESTIONEM VLTIMAM

DIXIT Reuchlin. Athanaſius noſter Chriſtum ſequutus eſt, qui ait Lucę xi. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabit̃. Et qui non eſt mecũ contra me eſt, & qui nõ colligit mecum, diſpergit. Si aũt Satanas in ſe ipſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnũ eius. Igit̃ diabolus non aduerſat̃ perfidis, ſed orthodoxis. Gratia autẽ

deo,nam poſt uarias impugnationes,uicit per omnem orbē chriſtianiſmi ſancta fides,nō gladio ſed uerbo,q̊d maximū ſignum eſt certitudinis & manſurę diuturnitatis. Nec uſq; hodie fidelium multitudo in tantū decreſceret,ut ualde multi putant,ſi ſpiritus ſancti linguis ut cœpit, non aūt martialibus lanceis res gererent̃. Plurimū nanq; ad cōciliandos hoīm animos cōmercium linguæ facit. Idcirco exiſtimauit Apoſtolus maiorē eſſe propheta eū qui loquit̃ linguis & interp̃tat̃ ut eccleſia ædificationem accipiat. Itaq; linguæ,inquit,in ſignū ſunt non fidelibus ſed infidelibus,ut Epiſtola prima ad Corint. ca. xiiii. Ad ſummū,nemo erit qui euangelicā ueritatem oderit,ſi myſteria fidei à nobis recte ac p̱ linguarum ꝓprietates cum humaniſſimis moribus & fraterna manſuetudine fuerit edoctus. Ad quod illud Odyſſeæ xxiii. quadrabit.

γνωσόμεθ' ἀλλήλων καὶ λώϊον, ἔστι γὰρ ἡμῖν
Σήμαθ' ἃ δὴ καὶ νῶϊ κεκρυμμένα ἴδμεν ἀπ' ἄλλων.i.

Cognoſcemus alterutrū & melius.Sūt.n.nobis Signa q̃ iam & nos,occultata ſcimus præ aliis. Et ſunt ea ſpiritus dei ſigna,ſcilicet genera linguarum & interp̃tatio ſermonū,ut idē ait Apoſtolus.Quare ſupra q̃ dici queat utile fuerit in publicis gymnaſiis diſcere linguas,& interp̃tari

libros ac uolumina gentium & infidelium, non supprimere, non cremare, non comburere, ut

THEOSOPHISTAE INCENDIARII

uoluerunt. Quibus libris & linguis tandem instituti, modeste humaniter mansuete illos ad ueritatem Christianā persuasoriis uerbis allicere possimus. Ideo notū uobis facio, inquit Apostolus, ꝙ nemo in spiritu dei loquēs, dicit Anathema Iesu. Et nunc maior pars hostiū nostrorum laudant Christi euangeliū. Arabes. Mauri. Saraceni. Persæ. Agareni. Thurcæ. Zabii. Palæstini. Syrii, & reliqui. Quibus Mahometica lex credendi uiuendiqꝫ formam p̄scripsit. Introducunt enī deū ad illos loquentem in Alkoran Azoara xii. sic. Christum Iesum Mariæ filium (cui cōmisimus euangeliū q̊d est lumen & confirmatio testamenti & castigamen ac recta uia timentibus deum) ad uestrę legis cōplementū misimus. Omnis igit̃ euāgelii seruus ipsius p̄cepta iudicando sequat̃. Hęc Mahometh, & Turcarum lex. Et in Azoara lxx. Oēs boni deo seruiant, ut Christus Ihesus Mariæ filius persuasit interrogans uiros albis indutos uestibus (id est

Apoſtolos) quis mihi ſubueniet ex parte Dei me ſequendo, reſponderunt illi. Nos. Quidam aũt filiorum Iſrael crediderunt, q̃s cæteris incredulis manentibus p̃ferendo, lõge ſup illos extulimus. Et in doctrina Mahometh quærit̃. Quæ fœmina ex maſculo tantũ, & quis maſculus ex fœmina tantũ. Reſpondit. Heua ex Adã ſolo, & Chriſtus ex Maria uirgine. Ait, ita quidẽ refers ut uerum eſt. Hæc de Saracenis. Poſſemus & Iudeis fidẽ rectã perſuadere, q̃s om̃e uenturi Meſſihæ tempus fallit. Dixit igitur Rabi Moſe ha Darſan קודם שנולד מוליך ישראל בגלות האחרון ב נולד הגואל Id eſt. Anteq̃ natus eſt q̃ redegit Iſrael in nouiſſimã ſeruitutem, natus eſt redemptor. Ergo ante Titi natiuitatem, qui Iudæos in hanc ultimam reduxit captiuitatẽ, templumq; atq; urbem Hieroſolymam ſolo æquauit, natus eſt Meſſiha, redemptor noſter, qui græce dicitur Chriſtus, latine rex vnctus in quo & per quem uitam æthernam habebimus. Amen.

FINIS